

UNIVERSITÉ DE COPENHAGUE

CAHIERS

DE

L'INSTITUT DU MOYEN-ÂGE GREC ET LATIN

92

Saxo Institute
2023

Anonymus Parisini 3237:
Commentarii in Sophisticos Elenchos fragmentum
An Edition

Sten Ebbesen

Introduction

1. The manuscript

The fragmentary text edited below is transmitted in ms Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 3237, ff. 46rA-52vB. It does not figure in my 1993 catalogue of 12th- and 13th-century writings on fallacies.¹

The ms consists of several unrelated fragments of parchment mss with a provenance from the abby of St. Martiel, Limoges. According to the catalogue,² ff. 13-52 form a unit, dating from the second quarter of the 13th c., but written in several hands, and the size of a leaf is said to vary between 240 and 255 × 165 mm. The parchment is of low quality, with several holes, and often the writing from one side of a leaf shines through on the other.

This unit contains the following items:

- 1) 13rA-22rA Anon., *Comm. Arist. APo. Inc. Distinctio autem primi libri a secundo potest assignari dupliciter. First lemma Questiones Iste secundus liber dividitur in V partes*

¹ S. Ebbesen, ‘Medieval Latin Glosses and Commentaries on Aristotelian Logical Texts of the Twelfth and Thirteenth Centuries’, in Ch. Burnett (ed.), *Glosses and Commentaries on Aristotelian Logical Texts*, Warburg Institute Surveys and Texts 23, Warburg Institute: London 1993, pp. 129-177.

² *Catalogue général des manuscrits latins de la Bibliothèque Nationale, T. 4: 3014-3277*, Paris 1958, pp. 398-405. I myself inspected the manuscript in 1993, but noticed nothing of importance not recorded in the catalogue. The present edition is based on a colour scan of the ms.

A fragment, but according to the catalogue “Le début et la fin de ce commentaire se trouvent dans le ms. lat. 483, f. 139-222”. According to J. Sclafer, the two mss together provide a complete text of the work.¹

2) 23rA-44vB Anon., *Comm. Quaest. super Sententias Lombardi*, frgm.
Catchwords at the bottom of 44v: quia si esset beatitudo

3) 45rA-vB Anon., *Comm. Quaest. Arist.*, GC, frgm.

Inc.: Quoniam autem primum oportet de materia vocatis elementis etc.
Dubitatur primo utrum tactus sit possibilis

The lemma is the beginning of GC I.6. The last question, on 45vB is *Utrum continuum sit divisibile in infinitum*, after the end of which a new one is announced at the beginning of a new line with a paragraph sign followed by *dubitatur*, but the rest of the line is blank, as is the rest of the column, corresponding to six lines.

4) 46rA-52v Anon., *Comm. Arist.*, SE (frgm.) A quaternion, but with one leaf cut out between f. 51 and f. 52. Two columns a page, each containing about 50 lines.

Items 3 and 4 appear to be in the same hand, which looks like that of a scholar rather than of a professional scribe.

The fragmentary *Elenchi* commentary begins abruptly at the top of f. 46rA in the middle of an explanation of how several senses may be hidden under the same words in the fallacies of composition and division, and it ends equally abruptly on f. 52vB in the middle of a sentence, but whereas the abrupt beginning must mean that there was once at least one preceding quire, it is less obvious why the fragment ends mid-sentence, as the scribe had only reached the middle of line 8 in a column of ca. 52 lines. One possible explanation is that the scribe gave up because the text from the recto side shines through; another that he was copying his model quire by

¹ J. Sclafer, ‘Remarques concernant quelques manuscrits universitaire de l’abbaye St-Martial de Limoges copiés par Jean le Limousin’, *AHDLMA* 42 (1975) 143-146, at p. 145.

quire and had reached the end of a quire in the model (and had, perhaps, already copied the next quire).

The text is likely to be a student's reportation, but ms **P** is not the reportator's ms as it contains numerous errors that must be due to copying. **P** may, however, have been copied directly from the original reportation, which is likely to have been difficult to read as it was written down hurriedly. The scribe of **P** often corrected himself *in scribendo*; e.g., at one point he first wrote *modus*, but then realised that he had misinterpreted the text in front of him and expunged it, continuing with the correct *nobis* instead.

As mentioned, the script suggests that the copyist was a scholar rather than a professional scribe. On the other hand, the high number of non-sensical readings suggest that he was not really familiar with the subject.

Abbreviations are heavy and not always standard. Thus the abbreviation that standardly means *quam* is also used for *quantum*. *t̄m* mostly stands for *terminum*, but sometimes for *tertium*, while *p̄m* may represent both *primum* and *principium*. Forms of *masculinus* are always written as if forms of *masculus* were intended. Forms of the name *Socrates* are several times spelled out (which is very rare in 13th-century texts), although usually abbreviated *sor*. For *et* and *vel* the scribe uses the signs *z* and *t*, but in many cases it is not really possible to see which was meant.

The spelling is mostly of a standard 13th-c. type, with *e* for classical *ae* and *capud* for *caput*, etc. The distinction between single and double consonants is often neglected or wrongly applied; thus usually *atenditur* for *attenditur* and *dupplum* for *duplum*. *crispus* is consistently spelled *sc'p⁹*, which ought to mean *scripus*; how the copyist came to misread the word so badly is not easy to imagine, but the error shows his lack of familiarity with the subject.

Lemmata are underlined, but sometimes underlining has been forgotten, and sometimes parts of the comments have been underlined.

2. The text

The text only covers *SE* 166a23 – 167b20, i.e. about 1 ½ Bekker page or one thirteenth of the approximately 19 ½ pages that make up the whole of the *Sophistical Refutations*. It runs to something like 24.800 words. If the work was ever complete, and if the density of commentary was equally high throughout, it would have been of huge proportions: $13 \times 6 \frac{3}{4} = 87 \frac{3}{4}$ folia; $13 \times 24.800 = 322.400$ words. Even if the work only covered the part of the *Elenchi* that the medievals called “Book I”, which ends at 175a1, it would still be a massive work. By comparison, the roughly contemporary commentary by Nicholas of Paris, which covers the whole of the *Elenchi*, only runs to a little more than 88.000 words.

The structure is basically that of a *lectio* commentary and the expression *praesens lectio* is actually used in the beginning of the section about ignorance of the elenchus. At the beginning of each major chapter the reader is told which parts it falls into (*divisio textus*), then follows a survey of its contents (*sententia*), and next comes a series of *dubia*; finally, the author may return to a more detailed analysis of the Aristotelian text. However, the format is not followed rigidly.

Anonymus Parisini 3237 is difficult to date since the text shows no close affinities with any other known *Elenchi* commentary, but both the script, the format and the doctrine-cum-terminology suggest a date in the 1240s ± 10 years. As for the terminology, notice in particular that *motivum principium* is the author’s normal term for what in the second half of the thirteenth century was usually called *causa apparentiae*; he uses *motivum principium* 25 times, *principium motivum* three times and (*principium*) *movens* a few times, while *causa apparentiae* occurs only three times. He does not use the term *causa non existentiae*, but the equivalent *causa defectus* (ten occurrences).

The text is sometimes syntactically untidy, but given the large number of scribal errors, it is not always clear who is to blame, the author or the scribe.

The language of the text shows some peculiarities:

- Object clauses after *dico* and similar verbs are for the most part introduced by *quia* instead of *quod*. This is most unusual in 13th-century scholastic texts.
- In the section on the fallacy *secundum quid et simpliciter* the verb *sophisticare* is repeatedly used to mean “make sophistical” or “vitiate”. The word is always heavily abbreviated, usually *so^cat* in the third person, but once the passive is found as *sophi^q*, so there can be little doubt that the word is *sophisticare*.
- The author twice uses the verb *indistinguere* “to not-distinguish” and seven times the noun *indistinctio* “lack of distinction”; the latter is rare in other texts about fallacies, and I have never seen the former in any other text.
- The highly unusual word *casualitas* “the fact of being in a certain grammatical case” is used on three occasions. It is heavily abbreviated on all three occasions, but the form *casu^{tē}* found in the first instance leaves the reader with no other possible resolution but *casualitatem*.

3. Ratio edendi

I have endeavoured to reconstruct an intelligible text whenever the ms offers apparent nonsense, but have not tried to iron out minor syntactic irregularities.

I have imposed my own variety of classical spelling on the text, and thus spell *aequivocatio* instead of *equiuocacio* or *equiuocatio* and *deminutus, definitur* instead of *diminutus, diffinitur*, but I keep *hiis* because of its ambiguity to classical *his* and *iis*, and also prefer *genitivus* and *intelligo* to the supposedly classical *genetivus* and *intellego*.

The punctuation and the paragraphing are also mine. Underlining, which singles out lemmata from the Aristotelian text, is mostly in accordance with the manuscript, but I have made a few corrections without

informing about this in the apparatus. All matter in *italics* has been added by me.

References in the text to authoritative works have been verified as far as possible, and relevant information is provided in the apparatus.

I am grateful to the editor-in-chief of *CIMAGL*, Dr Heine Hansen, for the care with which he read the text before publication. As usual, he caught a number of typing errors, and also contributed a couple of necessary conjectural emendations.

Editions cited

- Anon., *Fallaciae Lemovicenses* = S. Ebbesen & Iwakuma Y., ‘Fallaciae Lemovicenses’, *CIMAGL* 63 (1993) 3-42.
- Anon., *Fall. Londinenses* = *Fallacie Londinenses*, ed. L.M. de Rijk, *LM* II.2: 639-678.
- Anon. Cantabrigiensis, *Comm. SE* = Anonymus Cantabrigiensis, *Commentarium in Sophisticos Elenchos Aristotelis*, ed. S. Ebbesen, Scientia Danica. Series H, Humanistica, 8 vol. 19, Det Kongelige Danske Videnskabernes Selskab: Copenhagen 2019.
- Arist. = Aristoteles: Work abbreviations as in Liddell-Scott-Jones, *A Greek-English Lexicon*. Identification of location by means of book, chapter, page, column and line in I. Bekker’s *Aristoteles graece*, Berlin 1831. Quotations from the Latin translations are taken from the editions in *Aristoteles Latinus*. When quoting Boethius’ translations of *Top.* and *SE*, I omit mention of the translator.
- Auctoritates Aristotelis* = J. Hamesse, ed. *Les Auctoritates Aristotelis*, Philosophes Médiévaux XVII, Louvain–Paris 1974.
- Donatus, *Ars maior*, ed. L. Holtz, in: *Donat et la tradition de l'enseignement grammatical*, Paris 1981.
- Fallaciae magistri Guillelmi* = Iwakuma, Y., ‘The Fallaciae and *Loci* of William de Montibus. An Edition’, *Journal of Fukui Prefectural University* 2 (June 1993), 1-44.
- LM* = De Rijk, L.M., *Logica Modernorum* I-II.1-2, Assen 1962-1967.
- Porph., *Intr.* = Porphyrius, *Introductio = Isagoge*, trl. Boethius, ed. L. Minio-Paluello, *Aristoteles Latinus* I.6, Leiden 1966.
- Prisc., *Inst.* = Priscianus, *Institutiones grammaticae*, ed. M. Hertz, *Grammatici Latini* II.1-2, Leipzig 1855-59.
- Summa Lamberti* = Lamberto d’Auxerre, *Logica (Summa Lamberti)*, ed. F. Alessio, Firenze 1971.

Conspectus siglorum

P	<i>codex Parisiensis, Bibliothecae nationalis Franciae lat. 3237</i>
/49rA/	<i>hic incipit prima columnā folii 49r</i>
\album\	<i>album supra lineam vel in mg. additum extat</i>
<album>	<i>album inserendum censui</i>
«album»	<i>album quod iam non videtur olim in codice extitisse censendum</i>
...	<i>litterae illegibiles</i>
[album]	<i>album delendum censui (sed in scriptis in apparatu laudatis [...] = aliqua omisi)</i>
[[album]]	<i>album quod in codice extat a librario deletum est</i>
a(lbum)	<i>littera a sola album in codice repraesentat, reliqua compendio non alphabetico indicata sunt</i>
「album」	<i>pro album spatiū vacuum (“fenestram”) reliquit librarius</i>
<***>	<i>lacunam statui</i>
(?)	<i>de lectione vocis praecedentis dubitari potest</i>
a.c.	<i>ante correcturam</i>
p.c.	<i>post correcturam</i>
exp.	<i>expunxit</i>
cf.	<i>confer, conferatur, conferantur</i>
coll.	<i>collat-o,-a,-is</i>

Anonymus Parisini 3237:
Commentarii in Sophisticos Elenchos Aristotelis fragmentum

<*praecedentia perierunt*> /46rA/ oratio composita et divisa non habent eandem substantiam¹ orationis sed materiam. Praeterea,² duplex est unitas orationis [p()a dicendum est unitas orationis]. Cum enim sint duo in oratione, materia et forma, sc. dictiones et ordinationes dictio[n]um, et intelligitur de ordine partium non a parte intellectuum vel rerum, potest ergo oratio esse una quantum ad materiam vel quantum ad materiam et formam. Unitatem³ ergo dico orationis quantum ad materiam, quia sunt eadem ex quibus oratio componitur, dico autem unitatem orationis quantum ad materiam et formam quae sunt eadem ex quibus oratio componitur et habent eundem ordinem, et intelligatur de ordine praedicto, qui est dictio[n]um a parte vocum et non a parte rerum vel intellectuum. Possunt ergo latere duae significationes, quarum una est sub actu, altera sub potentia, quae est quantum ad materiam et formam, et hoc est sub unitate quantum ad orationes ex quibus componitur et quantum ad ordinationes terminorum. Possunt ergo latere duae significationes quarum una est actu, alia potentia in compositione, alio modo in divisione, et propter <hoc> dicimus quod duplex unitas manet in compositione, sc.⁴ unitas orationis quantum ad terminos et ordinationem terminorum, ut patet cum dicimus ‘sedentem possibile est ambulare’; haec enim dictio sub illo ordine significat quod aliquis dum sedet habet potentiam ut ambulet; praeterea⁵ ipsa significat sententiam⁶ aliam, significat enim potentia<m> esse ut sedens ambulet, et est hoc quia cum⁷ dicimus ‘possible est sedentem ambulare’,

¹ substantiam] *an sententiam scribendum?* P.

² praeterea duplex] pⁱd(icen)d(um) P.

³ unitatem] et P.

⁴ sc.] sed P.

⁵ praeterea] p^a P.

⁶ sententiam] substantiam P.

⁷ cum dicimus] concedimus P.

quamvis¹ quantum est ex parte ordinationis vocum ille terminus ‘sedentem’ appareat ut construatur cum hoc verbo ‘est’, propter casualitatem² suam non potest construi cum ipso sed cum verbo infinito, ut iam patebit. Et propter hoc praedicta oratio in quantum ex eisdem terminis componitur et eundem ordinem [[haben...]] [est] habentibus †divisim quam† significat, et ita [unitas] est ibi unitas orationis movens quantum ad materiam et formam. Similiter patet in hoc paralogismo ‘quascumque litteras scit, nunc didicit’; quando³ enim profertur⁴ hoc adverbium ‘nunc’ magis se tenet cum primo verbo quam cum ultimo, quia tamen, sicut dicit Priscianus,⁵ adverbia debent praeordinari suis verbis, et propter hoc praedicta oratio non solum significat sententiam⁶ quae causatur ex compositione adverbii cum primo verbo, sed similiter significat sententiam quae causatur ex compositione adverbii cum ultimo verbo,⁷ et ita manifeste ordine eodem et intransumpto,⁸ et ita significa<n>tur multa sub eadem voce quantum ad materiam et formam. Multo magis esset id verum⁹ si adverbium profer<r>etur in aequali distantia ab utroque verbo, quia tunc laterent multae sententiae sub eadem oratione quantum ad termino[[i]]s et ordinem terminorum, et ita, cum altero illorum modorum deberet¹⁰ proferri adverbium, manifestum est quod in praedicto paralogismo movet unitas orationis quantum ad materiam et formam, et non cum ulti<m>o verbo debet proferri continue adverbium, quia sic apparent oratio manifeste falsa,

¹ quamvis] quam (*vel* quantum) vix **P.**

² casualitatem] casu^{tē} **P.**

³ quando] quae **P**, *ut videtur*.

⁴ profertur] proferantur **P.**

⁵ Prisc., *Inst. XV.VI.39*: “De ordine quoque adverbiorum quaeritur, utrum praeponi an supponi uerbis aptius possint. et manifestum est, quod aptius quidem praeponuntur”.

⁶ sententiam] substantiam **P.**

⁷ verbo] modo **P.**

⁸ intransumpto] it^asūto **P.**

⁹ verum] nⁿ (= nomen) **P** pro u^m (= verum).

¹⁰ deberet] debenet **P.**

quod non debet esse, quia sumitur sicut principium in praedicto syllogismo pluribus apparere vera quam falsa, aut aequaliter vera aut falsa.

Similiter patet in hoc paralogismo ‘quod unum solum potest ferre, plura potest ferre’, quia illa oratio prout est habens identitatem terminorum et ordinem eorum multa significat, †him† enim hoc nomen ‘solum’ ratione cuius est ibi multiplicitas habet alterum ordinem a parte vocis in quantum significatur sententia una et alia, cum a parte rei vel intellectus habeat aliud ordinem, unde sub eadem oratione quantum ad vocem significantur¹ multae ordinationes rerum vel intellectuum.

Et ita manifestum est in compositione[m] quod motivum principium est unitas orationis quantum ad terminos et ordinem terminorum, in orationibus secundum divisionem movet identitas orationis quantum ad terminos. Quod patet in omnibus paralogismis; cum enim dicimus ‘quinque sunt duo et tria’, haec oratio potest esse categorica de [de] copulato [[subiecto]] praedicato aut hypothetica copulativa, et prout hic sumitur †aut expertio† est ex eisdem terminis, sed non est compositio et ordo idem, et ita latent multae sententiae sub unitate orationis quantum ad terminos. Similiter haec oratio ‘posui te servum entem liberum’ prout significat istas sententias diversas “servum fieri liberum” aut “liberum servum” non habet eundem ordinem terminorum, sed [[eundem ordinem habet]] eosdem terminos habet. Similiter ‘quinquaginta centum virorum reliquit divus Achilles’ prout significat relinquere centum de quinquaginta vel quinquaginta de centum non habet eundem ordinem terminorum sed eosdem terminos. Et ita manifestum est quod in paralogismis secundum divisionem manet unitas orationis quantum ad terminos. Item in orationibus secundum compositionem manet unitas orationis quantum ad terminos et ordinem terminorum. Et ita non est idem principium² sed differens.

Ex hoc manifestum quod non debent esse duo loci in accentu, quia si significantur sententiae multae sub dictione graviter prolata et sub acute

¹ significantur] sigām P.

² principium] p^m P.

prolata, unum significat actu, alterum potentia, tamen utroque modo significantur multa sub una substantia dictionis quantum ad materiam ex qua dictio componitur et quantum ad ordinem. Et propter hoc est idem motivum¹ principium in utroque. Quia differunt secundum speciem loci secundum motiva principia, erit accentus unus locus secundum speciem et compositio et divisio duo secundum speciem, compositio² enim compositionis causatur ex uno et multo, unde in aliquo communicant compositio et divisio, praeter id tamen³ habe[bi]t compositio unitatem propriam, divisio vero non. Item a multo non causatur, et propter hoc in compositione, sicut dicebatur, debet esse duplex unitas, in divisione una tantum.

Ex iam dictis autem potest esse manifestum quomodo compositio habeat duos [proo()os] proprios et divisio proprios; si enim in divisione oratio in quantum divisa significat non habet nisi unitatem qua<ntum> ad terminos, in compositione vero quantum ad terminos et ordinem terminorum, cum illae duae multitudines non sint in eodem paralogismo, erit ponere paralogismos proprios compositionis et proprios divisionis; in paralogismis autem in quibus manet unitas orationis quantum ad terminos, non autem quantum ad terminos et ordinem terminorum.

Paralogismi⁴ dicuntur proprie secundum compositionem quando est falsa compositio, paralogismi secundum divisionem quando est falsa divisio.

Sed notandum quod non dicuntur paralogismi secundum compositionem a falsitate cuiuslibet compositionis, est enim duplex compositio: una quidem est terminorum a parte vocum, et alia quae est a parte rerum vel intellectuum; illa quae est a parte vocum non est causa falsitatis sed motivum principium. Item, a parte rerum vel intellectuum est duplex compositio: una quidem est quae est prima et essentialis, alia quae est

¹ motivum principium] n(ome)n p(rimu)m **P.**

² compositio] oppositio **P.**

³ tamen] uñ (= unde vel unum) **P.**

⁴ paralogismi] p(rim)a **P.**

secundum accidens. Et dicimus quod compositio prima et essentialis est quam habent dictiones ex natura suae significationis et modorum significandi. Dicitur autem compositio accidentalis quam habent dictiones non solum a natura suae significationis vel modorum significandi sed propter aliquam ordinationem terminorum aut modum proferendi, aut per aliquod accidens dictionibus additum.

Dicimus ergo quod cum dicimus oratione^{<m>} secundum compositionem esse quando falsa est compositio, intelligendum est non de quacumque compositione, sed de prima et essentiali. Item, cum dicimus paralogismos esse secundum divisionem quando est falsa divisio, intelligendum est de prima et essentiali divisione, quae, inquam, [non] est aliud quam accidentalis compositio; non enim ex divisione dictionis accidentalis[s] falsitas †inde¹ quia† cum altero² componitur; et propter hoc necesse est paralogismos secundum divisionem fieri ex eo quod falsa est compositio, sed non prima et essentialis, sed secunda et accidentalis. Et ita erit manifestum quod paralogismi /46rB/ erunt proprii secundum compositionem et proprii secundum divisionem, non enim ubi est compositio falsa accidentalis est falsa compositio essentialis. Unde cum dicantur paralogismi secundum compositionem a falsitate compositionis essentialis, paralogismi secundum divisionem a falsitate compositionis accidentalis, quae nihil aliud est quam divisio essentialis,³ cum in eodem paralogismo non sint compositio essentialis et accidentalis falsa, non erit in eodem compositio et divisio. Et propter hoc ponuntur paralogismi proprii secundum compositionem et proprii secundum divisionem.

Quod autem dicatur esse paralogismus secundum compositionem a falsitate compositionis essentialis patet in orationibus secundum compositionem; cum enim dicitur ‘possibile est sedentem [[p]] ambulare’ dicitur esse vera prout componitur hoc participium ‘sedentem’ cum hoc verbo

¹ inde] *vel* vim **P.**

² altero] *an* altera *scribendum?*

³ essentialis] accidentalis **P.**

‘est’, falsa cum componitur cum hoc verbo ‘ambulare’. Cum ergo hoc participium ‘sedentem’ ex sua significatione et modo significandi natum sit construi cum verbo infinitivo, non autem cum hoc verbo ‘est’ nisi¹ per aliquid extrinsecum ei adiunctum, ipsum² per suam casualitatem³ non potest cum eo construi, manifestum quod in praedicta compositione est falsa compositio essentialis, non autem in compositione accidentalis. Similiter patet in hoc paralogismo ‘quascumque litteras scit nunc didicit’; sicut enim dicit Priscianus,⁴ adverbium natum est praeponi verbo cui additur; sed hic ‘quascumque litteras aliquis scit nunc didicit’ hoc adverbium ‘nunc’ quantum est de significatione sua et modo significandi construitur cum hoc verbo ‘didicit’, cum altero non componitur nisi per accidens, et⁵ non ex natura suae significationis [et non natura suae significationis] et modo significandi; sed fortasse hoc erit ex aliquo modo proferendi, quia magis propinque profertur cum illo verbo quam cum altero; ergo cum sit falsitas in compositione adverbii cum ultimo verbo, <et veritas> causatur ex compositione adverbii cum primo verbo, manifestum quod in illo paralogismo falsa compositio essentialis, vera autem accidentalis.

Item, in isto paralogismo ‘quod unum solum potest ferre plura potest ferre’ manifestum quod haec dictio ‘solum’ nata est ordinari essentialiter cum hoc verbo ‘potest’, quia omnes apprehendunt per hanc orationem compositionem illius cum illo verbo, cum altero vero non apprehendunt nisi⁶ fortasse ex ali<qu>o adiuncto, sicut si magis propinque proferatur cum ultimo quam⁷ cum componatur haec dictio ‘solum’ cum primo verbo.

¹ nisi] *vel* non P.

² ipsum] *lectio incerta*.

³ causalitatem] ca^{tē} P.

⁴ Prisc., *Inst. XV.vi.39*: “De ordine quoque adverbiorum quaeritur, utrum praeponi an supponi verbis aptius possint. et manifestum est, quod aptius quidem praeponuntur”.

⁵ et non] unde P.

⁶ nisi fortasse] inv. P.

⁷ quam] quando P.

Cum ex compositione cum altero causetur veritas, manifestum quod erit in hoc paralogismo falsa compositio essentialis, vera accidentalis.

Ad hoc autem quod quaeritur quod haec non erit multiplex ‘sedentem ambulare est possibile’ quia hoc participium ‘sedentem’ semper construitur cum verbo infinitivo, dicendum quod intellectus huius participii ‘sedentem’ sunt tria, sc. actus et modus actus, substantia et modus substantiae, et concomitantia. Dicimus ergo quod multiplicitas quae in hac oratione ponitur non est a parte substantiae intellectae ibi aut modorum substantiae, sed est a parte concomitantiae intellectae; dicimus \ergo/ quod hoc participium ‘sedentem’ ratione substantiae et casualitatis¹ quae sequitur substantiam suam non potest construi vel componi cum hoc verbo ‘est’, potest tamen ratione suaे concomitantiae, et gratia eius concomitantiae ponitur esse oratio multiplex, nec propter hoc oportebit ipsum participium construi cum verbo, quia concomitantia non est medium construendi; quod enim refertur ad aliud sicut concomitans ipsum non est necesse construi cum ipso, sicut patet in p<ar>ticipiis absolute positis, quae notant concomitantiam aut consequentiam² suarum rerum ad res verborum, cum quibus non construuntur; et ita non oportebit praedictum participium construi cum hoc verbo ‘est’ propter multiplicitatem praedictam, componi tamen vel coniungi aliquo modo necesse est.

Solutio ultimae quaestionis patet ex dictis.

<4.166a23> SECUNDUM COMPOSITIONEM HUIUSMODI ORATIONES

Ita positae sunt orationes secundum aequivocationem et amphiboliam. Auctor ponit huiusmodi orationes secundum compositionem ut ‘possibile sedentem ambulare’ ‘non scribentem possibile est scribere’, cum orationes ‘possibile est sedentem ambulare’ ‘possibile est non scribentem scribere’ sunt secundum compositionem.

¹ causalitatis] [[ce^{tis}]] cau^{tis} P.

² consequentiam] 9fnā P.

Et notandum est quod dicitur †item† secundum compositionem. Per hoc nomen ‘compositio’ potest nominari¹ compositio quae est a parte vocis vel a parte rei vel a parte intellectus. Si nominatur compositio quae est a parte vocis, sic erit illa denominatio a principio motivo; si autem nominatur per hoc nomen ‘compositio’ quae est rerum vel intellectuum, erit illa denominatio a causa defectus.

Deinde dicit <4.166a24> Non enim idem significat etc., et id est ad ostendendum quia praedictae orationes sunt multiplices, quod quidem oportet esse si sint secundum compositionem. Dicit ergo quod si aliquis dividens dicat et componat quia sedentem possibile est ambulare, non idem significat, et non scribentem scribere, et repetatur² hoc quod dictum est prius “si quis dividens dicat”, et erit sensus “et si quis dividens dicat non scribentem scribere, et \similiter/ si quis hoc componat ‘non scribentem scribere’, non idem significat. Et hoc probat dicens <166a28> significat hoc etc., et est sensus “et si quis componat ‘non scribentem scribere’ significat quia potestatem habet quando non scribit \ut scribat/”, et ita quod significatur concomitantia privationis actus ad potentiam, et non privationis actus ad actum. <4.166a30> et discere³ nunc litteras etc. et est sensus “huiusmodi propositiones ex quibus concluditur huiusmodi conclusio ‘discere nunc litteras’ sunt secundum compositionem”; et formatur paralogismus sicut prius. <4.166a31> Amplius quod unum solum etc. est secundum compositionem, et formatur paralogismus sicut prius.

<4.166a33> SECUNDUM VERO DIVISIONEM etc.

Positis paralogismis secundum compositionem ponit Auctor paralogismos secundum divisionem. Et ponit tres paralogismos, quorum primus attenditur ex eo quod dictio significans vim vel ordinem potest componi cum diversis; secundus autem attenditur ex eo quod dictio significans

¹ nominari] *vel* notari (*no^{ri}*) P.

² repetatur] reportatur *vel* repertatur P.

³ discere] discit *vel* discunt P.

actum potest componi cum diversis nominibus; tertius attenditur ex eo quod dictio significans substantiam potest cum diversis nominibus vel qualitatibus.

Secundum primum modum ponit hos¹ paralogismos, licet sit unus modus. Primus paralogismus sic formatur: ‘quaecumque sunt duo et quaecumque /46vA/ sunt tria sunt paria et imparia; sed quaedam sunt duo et tria, ergo quinque sunt para et imparia’. Secundus paralogismus sic formatur: ‘omne quod est tantudem² et amplius est maius et aequale et inaequale’. Et in hiis duobus est deceptio quia in maiori propositione medium accipitur in sensu divisionis, in minori vero in sensu compositionis. Tertius³ sic formatur: ‘quemcumque posui servum entem liberum, de libero factus est servus; sed ego posui te servum entem liberum; ergo de libero factus es servus’. Quartus⁴ paralogismus sic formatur ‘Quorumcumque virorum reliquit divus Achilles sunt plures quam centum, sed quinquaginta virorum centum reliquit divus Achilles, ergo plura sunt quinquaginta quam centum’.

1. Sed dubitatur quomodo in hoc paralogismo sit compositio [...] et divisio ‘quinque sunt duo et tria’, quia in uno sensu est hypothetica copulativa, in alio sensu est categorica de copulato subiecto, et ita videtur esse deceptio ex eo quod una credatur plures, et ita videtur paralogismus secundum plures interrogaciones ut unam⁵ facere.

2. Item, si est paralogismus secundum dictionem, quaeritur quid est hic quod potest dividi ab uno et componi cum eodem †cum uno non copulato et dividi†, quia semper cum alio componitur.

¹ hos] an quattuor scribendum **P**.

² tantudem] amandum **P**.

³ tertius] secundus **P**.

⁴ quartus] tertius **P**.

⁵ unam] ūnnā **P**.

3. Item, quaeritur quomodo sit hic paralogismus secundum divisionem ‘ego posui te servum entem liberum’. In uno enim sensu oratio significat hanc sententiam “ego posui te <liberum qui eras servus”, in altero hanc sententiam “ego posui te> servum qui eras liber”, et secundum¹ hoc non est eadem constructio huius termini ‘servus’ cum verbo: uno modo construitur cum verbo ut materia recipiens actum vel privatio ex qua quidem² fit motus, alio modo sicut finis, sicut ‘domus’ construitur cum hoc verbo ‘facio’ sicut cum dicitur ‘facio³ domum’, et ita videtur esse paralogismus secundum amphiboliam.

4. Similiter videtur in hac oratione ‘quinquaginta⁴ virorum cum reliquit divus Achilles’; videtur quod ille paralogismus sit secundum amphiboliam, quia in uno sensu construitur hoc nomen ‘centum’ cum hoc termino ‘virorum’ intransitive, in alio sensu transitive, et est deceptio secundum amphiboliam.

Solutio.

→ 1. Ad primum dicendum quia non dicuntur esse paralogismi secundum plures interrogations ut unam quia oratio [non] possit esse una aut plures, sed quia oratio quae est plures actu [non] creditur esse una, et propter hoc non erit plures interrogations ut una in hoc paralogismo ‘quinque sunt duo et tria’, †ut⁵ cum fit deceptio ex eo quod sub oratione plures lateat una oratio†, sed ex eo quod [sunt] duae sententiae, quarum illa est vera,⁶ alia falsa, latent sub oratione una quantum ad substantiam vocis.

¹ secundum hoc] sequitur hoc (*vel* haec) P.

² quidem] q'd' P; *fort.* quidam *legendum.*

³ facio] facit P a.c.

⁴ quinquaginta] LX P.

⁵ ut – oratio] cum non fit deceptio ex eo quod sub oratione una plures lateant *sensus requirere videtur.*

⁶ vera alia falsa] una alia plures P.

→ 2. Ad aliud dicendum quod coniunctio copulat^{<iv>}a non est nata esse in uno sicut in subiecto, sed in pluribus; et propter hoc, cum¹ coniunctio copulativa debeat componi cum diversis, necesse erit esse quattuor, cum quorum componi possit duobus vel dividi [terminis duo et tria], quia copulativa coniunctio potest componi cum istis duobus terminis ‘duo’ et ‘tria’ et etiam cum istis duobus orationibus ‘quinque sunt duo [et tria]’, et ‘quinque sunt tria’.

→ 3. Ad aliud dicendum quia multiplicitas secundum divisionem quae est in hac oratione ‘ego te servum <entem> posui liberum’ attenditur secundum compositionem participii cum illis duobus nominibus. Uno enim modo componitur² participium [[1]] cum hoc nomine ‘servum’, alio modo cum hoc nomine ‘liberum’; unde cum utroque componitur similiter illud³ participium non habens aliquo modo diversam rationem construendi, et ita secundum hunc modum erit paralogismus secundum divisionem, licet forte quantum ad constructionem praedictorum nominum cum verbo possit esse multiplicitas secundum amphiboliam.

→ 4. Ad aliud dicetur similiter quod in hac oratione ‘quinquaginta⁴ virorum centum’ attenditur paralogismus secundum divisionem quantum ad compositionem cum aliis duobus nominibus cum quorum utroque potest componi similiter non habens diversam rationem construendi. Et quantum ad hoc non erit praedicta oratio multiplex secundum amphiboliam, quia illa multiplicitas erit ex compositione unius cum diversis.

<4.166a33> Secundum divisionem etc. Expositio litterae haec est: Habitum est de orationibus fallentibus secundum compositionem, sed huiusmodi orationes sunt secundum divisionem, ut quia <166a33> sunt quinque duo et tria et paria et imparia et maius et aequale, et sunt illae

¹ cum] n^a vel sim. **P.**

² componitur – componitur] comparatur – comparatur **P.**

³ illud] aliud **P.**

⁴ quinquaginta] LX **P.**

orationes secundum eundum modum, differentes solum secundum materiam.

Formantur ita paralogismi, sic: ‘quaecumque sunt duo et tria sunt paria et imparia’, et hic est multiplicitas ex eo quod potest copulari terminus cum termino vel oratio cum oratione. Est autem ille paralogismus [p(ous)] secundum divisionem, quia quando est oratio composita copulantur multa ex quibus fit una, unde est oratio una uno modo, alio modo plures, cum ex naturali ordinatione partium intelligatur principaliter [[oratio]] compositio quae est termini ad terminum, non autem compositio orationis ad orationem¹ nisi² ali<qu>o modo proferendi adiuncto. Et propter hoc est essentialis compositio termini³ cum termino, alia vero secundum accidentem. Ergo, cum praedicta oratio sit falsa quantum ad compositionem accidentalem, patet quia huius<modi> paralogismus est secundum divisionem, quia secundum divisionem fallit.

Alius paralogismus sic formatur: ‘quod est tantudem⁴ et [[et]] amplius est aequale et non aequale, sed omne quod est maius alio est tantudem⁵ et amplius, ergo omne quod est maius alio <est> aequale et inaequale’. Et multiplicitas illa est similis multiplicitati praedictae, quia potest cop<u>lare terminum cum termino vel orationem cum oratione; et quia propter appropinquationem istius divisionis⁶ ad compositionem crederet [esse] aliquis esse orationem secundum compositionem. Et propter hoc subiungit dicens <166a35> cum⁷ eadem /46vB/ oratio composita et divisa non idem significare videtur, quasi diceret “significat diversum, et si est secundum compositionem non erit secundum divisionem oratio”. [[q]] Postquam dictum est quod praedictae orationes non significant idem compositae et

¹ orationem] ordinationem **P**.

² nisi] t(ermin)i **P**.

³ termini] $\widehat{\tau}\iota$ (= non) *pro* $\widehat{\tau}\iota$ (= termini) **P**.

⁴ tantudem] $\nu\bar{\nu}^d$ **P**.

⁵ tantudem] amandum(?) **P**.

⁶ divisionis] dictionem **P a.c.**; dictionis **P p.c.**

⁷ cum] nam *Aristoteles*.

divisae dicit [[q^r(?)]] quod duae¹ sunt quae non significant idem compositae et divisae, unde illae orationes ‘ego posui te servum entem liberum’ et ‘quinquaginta virorum centum reliquit divus Achilles’.

Et notandum quod oratio dicitur composita prout componitur² cum hoc nomine ‘servus’ participium, quia magis natum est ordinari participium cum hoc nomine ‘servum’ quam cum alio nomine, participium enim semper debet ordinari post³ nomen cum quo construitur, cum participium significat actum egredientem a substantia et qualitate significata per nomen, et ita est essentialis compositio⁴ participii [[cum nomine]] cum nomine primo, accidentalis tamen ad hoc nomen ‘liberum’, sed tamen non est accidentalis quin⁵ ha<bea>t de se aliquid propter quod⁶ potest construi [[cum]] cum illo, et hoc est sua generalis significatio, propter enim generalem significationem videtur quod debeat[n]t [nomina] praeponi participium⁷ nominibus, unde a parte modi significandi quod postponi debeat; unde cum quo construitur a parte rei significatae⁸ videtur quod debeat praeponi,⁹ sed quia magis natum est construi et ordinari cum alio ratione modi significandi quam ratione rei significatae, propter hoc magis natum est construi hoc participium ‘entem’ cum nomine¹⁰ primo quam secundo. Et propter hoc dicitur oratio divisa ex compositione participii¹¹ cum hoc nomine ‘liberum’, et ita, cum in hoc sensu sit oratio falsa, dicitur oratio secundum divisionem, fallit enim secundum ipsam.

¹ duae] *lectio incerta*.

² componitur] comparatur *vel* compertitur P.

³ post] prius P.

⁴ compositio] comparatio P.

⁵ quin] quam P.

⁶ quod] quid P.

⁷ participium] non autem ipsum P.

⁸ significatae] *vel* significare P.

⁹ praeponi] praeponere P.

¹⁰ nomine] uīco *vel* sim. P.

¹¹ participii] partium P.

Et similiter haec oratio ‘quinquaginta virorum centum reliquit divus Achilles’ secundum divisionem <est>, magis enim natum est construi hoc nomen ‘virorum’ cum hoc nomine ‘centum’ quam cum hoc ‘quinquaginta’,¹ et intelligendum de constructione genitivi ad nomen ratione partitionis, genitivus enim natus est ordinari post nomen cum quo construitur ratione suae obliquitatis, et propter hoc hoc nomen ‘virorum’ ratione suae obliquitatis magis habet construi cum nomine primo quam cum secundo; et propter hoc dicitur oratio composita secundum compositionem istius nominis cum hoc nomine ‘quinquaginta’, et intelligatur secundum praedictam constructionem, quae debetur ei secundum suam obliquitatem, divisa vero propter constructionem eiusdem nominis quam habet ad suam obliquitatem cum hoc nomine ‘centum’; et quia hoc sensu est falsa, dicitur huiusmodi oratio secundum dictionem, quia secundum eam fallit.

<4.166b1> SECUNDUM AUTEM ACCENTUM etc.

Determinatis orationibus secundum compositionem et divisionem ponit Auctor orationes secundum accentum.

Hoc ergo modo determinat de illis: determinat enim primo in quibus est idoneum facere huiusmodi orationes, in quibus non; deinde ponit orationes secundum accentum, et hoc contingit duplice, aut quia sub una substantia vocis non distinguuntur gravis accentus et acutus, aut quia sub una substantia vocis non distinguitur dictio et oratio. Circa primum procedit Auctor in hunc modum: dicit enim quod non est idoneum facere orationes secundum accentum, sed magis in scriptis et poematibus.² Deinde ponit orationes quae fiunt ex eo quod sub una substantia vocis non distinguuntur diversi accentus, sicut accentus compositionis et divisionis, et huiusmodi oratio ut ‘metuo³ longas etc.’; deinde ponit orationes secundum accentum

¹ quinquaginta] *nescioquid* P.

² poematibus] *pronuntiationibus* P.

³ metuo] *mutuo* P.

quae fiunt ex eo quod acutus accentus et gravis non distinguuntur sub una substantia vocis, sicut in hac oratione ‘heu quia nam¹ tanti etc.’.

Ordo² huius loci ad praecedentes patet.

1. Sed contra hoc obicitur: Sicut enim contingit indistinguere diversos accentus sub una substantia vocis, ita contingit diversa tempora et diversos³ spiritus; et videtur quod sicut est unus locus sophisticus secundum accentum, sic deberet esse unus locus sophisticus secundum tempus, alius secundum spiritum, et ita non determinantur <omnes> loci sophistici secundum dictionem.

2. Item, in hac oratione ‘quoscumque iustum est <pendere,⁴ iustum est poenam pati; iustum est> iustos viros pendere etc.’ fallimur ex eo quod una syllaba profertur sub diversis temporibus. Similiter fallimur ex eo quod aliqua syllaba⁵ profertur prius secundum aspirationem et post leniter.⁶ Et ita aliquando fallimur secundum tempus, aliquando secundum spiritum sicut secundum accentum, et ita divisio prius facta est insufficiens.

2.a → 2. Dicet fortasse aliquis quod huiusmodi orationes <sunt> secundum accentum, quia accentus sumitur communiter⁷ ad omne accidentis syllabae.

2.b → 2.a Similiter tempus posset accipi communiter et spiritus, et deberent dici huiusmodi orationes secundum tempus et secundum spiritus sicut secundum accentum. Vel dicatur propter quid magis determinantur loci secundum †dictionem phantasticam†.

¹ nam] non P.

² ordo] ordi P.

³ diversos spiritus] diversas spes P.

⁴ <pendere – iustum est> *exempli gratia supplevi*, coll. *Summa Lamberti* p. 167: “iustos viros dignum est pendere; ergo iustos viros dignum est poenam pati.”

⁵ syllaba] fallacia P.

⁶ leniter] breviter P.

⁷ communiter] item P.

3. Item, quaedam accidentunt dictioni ratione vocis, quaedam ratione significationis. Quaeritur ergo, cum multiplicitas quae inest dictioni secundum ea quae accidentunt dictioni secundum significatum, cum sit multiplicitas actualis, propter quid non sit similiter multiplicitas actualis secundum ea quae accidentunt dictioni secundum vocem. Et videtur quod debeat esse simile,¹ quia †praeponuntur† diversa genera aut alia diversa accidentia circa significatum vocis sicut diversi accentus secundum diversam substantiam vocis.

4. Praeterea quaeritur de hoc quod dicit <166b2> quod in scriptis et [[pronuntiationibus]] poematibus magis est idoneum facere orationem secundum accentum. Hoc etiam non videtur. Signum est [[h]] scriptum eorum quae sunt in voce; cum ergo scripto repraesentetur vox una sub dispositionibus diversis, aut ipsum scriptum similiter omnino se habet ad illa diversa, aut adduntur illae notationes² secundum quas discretio<nem> recipit. Si addantur, tunc secundum illas distinguuntur diversi accentus, sicut per accentus diversos diversa significata, et ita, sicut <non> est ponere notationes³ in pronuntiationibus, similiter nec in scriptis. Si autem scriptum similiter⁴ omnino se habens [scriptum] est signum eorum quae in voce sunt, sicut ea quae in voce sunt signa sunt intellectuum – sed cum una vox similiter se habens sit signum diversorum intellectuum aut unius intellectus sub <diversis> dispositionibus, signum est utriusque, et hic⁵ est multiplicitas actualis; quare, si scriptum similiter se habens est signum alicuius vocis sub diversis accentibus, est multiplicitas actualis, quare non esset multiplicitas <potentialis> secundum accentum.

¹ simile] sil[[l]]ē P.

² notationes] votiones P.

³ notationes] orationes P.

⁴ similiter] sic P.

⁵ hic] vel haec vel hoc P.

5. Item, cum accentus sit accidens voci et non [[h]] scripto, quod patet ex definitione accentus, quae talis est: “accentus¹ est regula<r>is modulatio² vocis”, manifestum³ est quod non contingit esse in scripto orationes secundum accentum.

6. Hoc etiam videtur aliter, quia orationes secundum accentum sunt secundum dictionem, et ita non est in scripto, cum nullum scriptum⁴ sit dictio.

7. Item, comparatio est orationum secundum accentum ad orationes secundum compositionem et divisionem, quia illae sunt in dictione, aliae vero⁵ in oratione; sed quandoque sub una substantia latent⁶ dictio et oratio, ut in hoc paralogismo ‘tu es qui es, sed quies est requies, ergo tu es requies’; unde est deceptio in oratione et in dictione, sed partim in oratione, partim in dictione, et idem⁷ erit paralogismus secundum accentum et locum secundum compositionem et divisionem.

8. Item quaeritur, cum acutum et grave si<n>t differentiae vocis secundum quas⁸ movet sensum⁹ auditus, /47rA/ sicut album et nigrum sunt species coloris per quas movet visum, videtur quod sicut color diversificatur in album et nigrum essentialiter, et non solum secundum accidentem,

¹ accentus est regularis modulatio] Cf. Anon., *Fall. Londinenses*, LM II.663: “Accentus est rationabilis modulatio vocis significative.” *Fallacie magistri Guillelmi* p. 13 Iwakuma (f LM II.689): “Accentus quidem describitur a grammaticis: regularis modulatio vocis in communi sermone”. Anon., *Fallacie Lemovicense* 3.4.1: “Accentus a grammatico sic describitur: Accentus est regularis modulatio vocis in significativa prolatione.” Anon. Cantabrigiensis, *Comm. SE* p. 143: “Accentus est modulatio vocis in communi loquendi genere, sed cum sic accipiatur a grammaticis, hic autem ...”.

² modulatio] mudolatio **P.**

³ manifestum] mudolatio **P.**

⁴ scriptum] scripto **P a.c.**

⁵ vero] vera **P.**

⁶ latent] latent̄ **P.**

⁷ idem] non **P.**

⁸ quas] quam **P.**

⁹ sensum auditus] sensus auditum **P.**

quia vox similiter diversificatur per acutum et grave essentialiter et non secundum accidens, et non lateant ideo sub una vocis differentia.

9. Item, cum distinguuntur loci sophistici penes indistinctiones¹ secundum quas fallimur, sed alia est indistinctio nominis cum nomine et vocis cum voce, quare erit aliis locus sophisticus.

Solutio.

→ 1. Ad primum dicendum quod contingit falli secundum [[i]] tempus et secundum spiritum et secundum accentum, tamen huiusmodi orationes dicuntur secundum accentum; et causa huius est quoniam ad differentiam temporum sequitur diversitas accentuum, ut patet in hac dictione ‘pendere’; similiter ad differentiam spirituum sequitur diversitas accentuum, unde alia accidentia ab accentu similiter sunt dispositio ad accentum et non convertitur.² Et propter hoc non potest esse indistinctio³ temporum aut diversorum spirituum ab hac indistinctione accentuum,⁴ sed contingit esse econverso. Et propter hoc, quando est indistinctio temporum diversorum sub eadem substantia vocis aut diversorum spirituum, oportet quod sit indistinctio diversorum accentuum, sed non convertitur. Et quia contingit universaliter esse indistinctionem accentuum in omnibus in quibus accidit falli secundum accentum syllabae, propter hoc denominatur locus ille secundum accentum et <non> secundum alia accidentia, quia alia accidentia sunt causa particularis solum, accentus vero universalis.

→ 2(?). Ad aliud quod [[p]] quaeritur, propter quid non est locus sophisticus secundum aliquod accidens litterae, posset dici quod accentus sumitur communiter ad omne⁵ id quod accidit <voci cum> pronuntiatur. Sed quia hoc esset abuti nomine, dicendum est aliter quod non potest esse

¹ indistinctiones] id^{tes} P.

² convertitur] 9't(ur) P.

³ indistinctio] īdīn P.

⁴ accentuum] spirituum P.

⁵ omne id quod] esse idem quoniam P.

locus aliquis secundum aliquod accidens litterae, et ratio quia ad deceptionem exigitur unitas et multitudo, et propter hoc est deceptio quia latent multa sub uno, et propter hoc fit deceptio secundum accidens syllabae quia plura accidentia syllabae latent sub una substantia vocis; sed diversa accidentia litterae non latent sub una substantia vocis sed sub alia et alia; et hoc patet [[et]] in aliis accidentibus litterae, et ita, cum ad deceptionem exigatur multitudo quae lateat sub alio uno non contingit aliquem locum sophisticum esse secundum aliquod accidens litterae.

→ 3. Ad aliud dicendum quod est multitudo actualis quando latent multa accidentia alicuius rei significatae sub uno signo, non tamen est multiplicitas actualis quando latent multa accidentia vocis sub una substantia vocis. Et causa huius est quia multitudo rei significatae non latet sub unitate significationis ita quod significatio sit causa apparentiae, sed latet sub unitate sui signi, quod signum similiter se habens non diversificatum signum est diversarum¹ consignificationum.² Dicendum est ergo quod eadem est comparatio multarum [[dictionum]] consignificationum ad †consignificationum†³ et multorum accidentium⁴ ad vocem eandem; sed non est eadem comparatio multarum consignificationum ad suum signum et multorum accidentium⁵ ad vocem quae est subiectum illorum accidentium.⁶ Praeterea,⁷ quod dicatur esse potentialis multiplicitas secundum accentum hoc non est intelligendum secundum comparationem unius vocis secundum substantiam [et] ad multa accidentia, sed secundum significations unius [[se]] vocis ad res quas significat vel consignificat. Dicitur enim multiplicitas actualis dictionis quando dictio multa significat actu, et potentialis quando multa in potentia, sed accentus non significatur per

¹ diversarum] diversorum **P.**

² consignificationum] 9fig°ū) **P**; *eodem modo infra*.

³ consignificationum] substantiam vocis *vel sim. sensus requirere videtur*.

⁴ accidentium] *vel* accentuum **P.**

⁵ accidentium] *vel* accentuum **P.**

⁶ accidentium] *vel* accentuum **P.**

⁷ praeterea] *lectio incertissima P.*

vocem, sed est disponens vocem ad significandum rem. Propter hoc enim <non> dicitur oratio multiplex potentialiter secundum accentum quia ipsa vox significat multos accentus secundum potentiam, sed quia dictio accentuata aut debito accentu prolata significat multas res in potentia. Et ita patet solutio illius suppositionis, suppone<a>tur enim potentialis multiplicitas in orationibus secundum accentum propter comparationem multorum accidentium ad unam substantiam vocis.

→ 4. Ad aliud est dicendum quod scriptum magis est idoneum <ad> faciendum¹ orationes secundum accentum. Et dicimus quod in² scripto non apponuntur notulae, sed est similiter de hiis prout est nota[[i]] vocis sub diversis dispositionibus, sed non propter hoc erit huiusmodi oratio multiplex secundum actum, quia, sicut iam dictum est, multiplicitas quae est secundum accentum non attenditur penes comparationem vocis ad accentus, qui accidunt voci, sed per comparationem vocis acceptae sub suis accentibus³ ad multitudinem rerum circum quas consistit unitas vel 'multiplicitas'.⁴ Similiter est multiplicitas actualis vel potentialis in scripto, sed huiusmodi multiplicitas <non attenditur> per comparationem scripti ad vocem vel vocis dispositionem, sed per comp<ar>ationem scripti⁵ ad res quas reprezentat mediante voce, quia non est similiter se habens. Et dicimus quod multiplicitas quae attenditur scripti ad res mediante voce, quia non est similiter se habens, sed dissimiliter, est potentialis multiplicitas.

→ 5. Ad aliud quod obicitur, quod accentus non est in scripto nec scripto accidit, dicimus quod hoc non est verum, quia in Barbarismo dicit

¹ faciendum] factum **P.**

² in] ibi **P.**

³ accentibus] vel accidentibus **P.**

⁴ multiplicitas] spatiū vacuū unius vocis capax **P.**

⁵ scripti] vocis **P.**

Donatus¹ barbarismum per scriptum et pronuntiationem, et utrumque horum dividit per additionem et detractionem litterae, syllabae, temporis, toni, aspirationis. Unde verum est quod accentus syllabae accident illi prout est in scripto sicut prout illa est in pronuntiatione. Unde dicimus quod accentus est in scripto et pronuntiatione, sed differunt sicut genus et casus et alia accidentia quae sunt in dictione et in re significata per dictionem. Sic[ut] enim sunt in re significata sicut in subiecto, [[et]] in voce autem sicut in signo. Similiter est accentus in scripto et pronuntiatione differenter, in pronuntiatione sicut in subiecto, in voce sicut in signo.

→ 6. Solutio alterius oppositionis habetur ex divisione aliorum modorum arguendi, quia dictio sumitur communiter si unumquodque signum voluntarium dicatur dictio.

→ 7. Ad aliud dicendum quod paralogismi secundum accentum sunt cum latent dictio et oratio sub una substantia vocis. Et dicunt quidam quod duplex est oratio una: quaedam quae est oratio simplex, et quaedam quae[[dam]] est sicut terminus, sicut orationes quae sunt determinationes subiectorum et praedicatorum. Dicunt ergo quod compositio et divisio sunt circa orationem quae est [[simx]] simplex oratio, sed accentus potest esse circa orationem quae est sicut terminus; et quia huiusmodi oratio est oratio praedicta, potest esse secundum accentum.

Sed ista solutio nulla est, quia supponit falsum. Supponit enim quia compositio et divisio non sunt circa orationes quae sunt sicut terminus, quod manifeste falsum est, quia haec oratio ‘potens ferre² unum solum <plura> potest’ esse dicitur³ circa compositionem et divisionem, et tamen ἅπαντα subiectum et praedicatum est unum sicut terminus, similiter ‘Socratem et Ciceronem currere non est verum’.

¹ Donatus, *Ars Maior* III.1: “Barbarismus fit duobus modis, pronuntiatione et scripto. His bipertitis quattuor species subponuntur, adiectio, detractio, inmutatio, transmutatio, litterae syllabae temporis toni adspirationis.”

² ferre] fiunt **P**.

³ dicitur] *lectio incerta*; d² vel o² vel sim. **P**.

Propter hoc dicendum est aliter quia compositio et divisio non sunt in quacumque oratione, sed in oratione habente in se aliquo modo multitudinem orationum, aut in oratione quae actu /47rB/ et potentia plures orationes habeat. Non enim dicitur oratio composita quia componitur ex terminis nec divisa quia dividatur in terminos, sed quia necesse est in oratione composita et divisa esse multitudinem orationum aliquo modo, et propter hoc non est compositio et divisio secundum praedictam orationem.

Dicimus ergo quod dictio duplēcēt habet modum proferendi, habet enim modum generalem, qui sequitur dictionem in quantum est dictio, et <est> alius modus qui non sequitur generaliter dictionem, sed aliquam solum, et secundum primam fit accentus aut paralogismus secundum accentum.

→ 8. Ad aliud dicimus quod latent acutum et grave sub una substantia vocis. Cum enim acutum et grave sint contraria sicut intensum et remissum, cum intensum et remissum nata sint fieri circa idem subiectum sicut contraria, manifestū¹ est quod acutum et grave latent sub una substantia vocis, cum non habeant aliud subiectum a voce.

Dicimus ergo quod acutum et grave non omnino similiter se habent ad vocem sicut album et nigrum ad coloratum, et hoc est quia color non est duplex sive in duplice genere sicut vox est; est enim vox in genere substantiae et in genere qualitatis, et potest dici quod acutum et grave accidentunt voci substantiae et non voci qualitati. Sed melius est ut dicatur aliter quia acutum et grave non dividunt vocem sicut tardus et velox dividunt motum; est enim vox ut substantia quae fit et non sicut substantia facta, unde est motus vel causata ex motu, et motu locali, unde recipit diversitatem penes differentias motus, quae, inquam, differentiae sunt in motu a parte moventis vel a parte substantiae recipientis motum, et quia nec motor nec recipientis modum diversificant essentialiter, nec motus nec vox quae causatur ex motu.

→ 9. Ad aliud patet solutio ex iam dictis.

¹ manifestū] modus P.

<4.166b1> Secundum accentum etc. Haec est continuatio: Ibi habitum est de orationibus secundum dictionem autem sed non est ideoneum facere orationem secundum accentum, et per hoc quod dicit dialecticis supponuntur considerantes sermonem, sicut patet per unam expositionem illius nominis, dicitur enim dialecticus a ‘dia’ quod est “duo” et ‘logos’ quod est “sermo”, – facere huiusmodi orationes in hiis quae sunt sine scriptura et in sermonibus pronuntiatis. Et hoc est quia in sermonibus accipitur dictio sub determinato accentu; cum enim accipiatur dictio sub diversis accentibus in scripturis magis est idoneum facere huiusmodi orationes, quia scriptum est oratio similiter se habens et non habet aliquod sibi adiunctum per quod determinetur sua significatio sive multiplicitas; in poematibus autem magis idoneum est facere huiusmodi orationes, quia dictiones in poemate non semper significa<n>t [[diversas]] accentus determinatos, et hoc est quia in poemate aliquando ponitur longa pro brevi et econverso, et ita non determinatur significatio per accentum in poemate. Deinde ponit exemplum qualiter fiant orationes in poemate: metuo longas etc., et est id exemplum ex eo quod aliqua vox potest habere unum accentum vel duos, ut haec vox ‘metuo’, similiter haec vox ‘pereunte’; et potest esse unus sensus “me tuo eunte per longas noctes tu Lydia¹ dormis” vel “tu dormis Lydia longas noctes me tuo pereunte”. Similiter ponit aliud exemplum heu quia nam tanti etc., est enim ibi diversus accentus, quia haec dictio ‘quia’ potest poni interrogative, et tunc servabit generalem regulam accentuum et acuitur² super paenultimam;³ potest iterum poni relative vel causative, et tunc gravabitur, et tunc praedicta oratio est duplex secundum accentum. Post infert Auctor dicens <166b8> ergo huiusmodi orationes sunt secundum accentum.

¹ Lydia – Lydia] libia – libia **P.**

² acuitur] corri^(tur) **P.**

³ paenultimam] perultimam **P.**

<4.166b10> QUI AUTEM SECUNDUM FIGURAM DICTIONIS etc.

Positis orationibus secundum accentum ponit orationes secundum figuram dictionis, primo determinans rationem generalem sive causam secundum quam fiunt huiusmodi orationes, deinde ponit paralogismos speciales secundum figuram dictionis. Et hoc contingit dupliciter: vel ex eo quod indistinguantur diversa genera sive diversa praedicamenta sub figura una.

Ponit ergo primam rationem universalem paralogismorum secundum figuram dictionis dicens quia paralogismi secundum figuram dictionis sunt ex eo quod non similiter interpretamur idem, sed quia idem non interpretari similiter dupliciter contingit, propter hoc istud dividit <166b11> ut masculinum femininum vel quod inter haec est neutrum¹ horum, et hoc modo multae latent significaciones sub figura una; vel ex eo quod interpretamur quale quantum vel quantum quale² vel facere pati, et hoc modo fiunt paralogismi ex eo quod latent diversa genera sub una substantia vocis.

Primus paralogismus sic formatur: ‘albedo inest musae et poetae, sed musa est alba, ergo poeta est alba’; non oportet sic formari paralogismus: ‘musa et poeta sunt eiusdem declinationis,³ sed <musa> est feminini generis, ergo poeta’, esset enim paralogismus secundum consequens, quia accipitur ut res et non ut signum, sicut est paralogismus secundum consequens in hac oratione ‘hoc nomen est unum nomen, ergo significat unum’ quia sumitur ut res et non ut signum. Secundus paralogismus sic formatur: ‘†cuicunque inest videre inest vigere†; sed cuicunque inest videre, id videt aliquid; ergo cuicunque inest vigere viget aliquid’, et in hoc paralogismo falimur quia ‘vigere’ non significat actionem vel aliquid sicut agere, et interpretatur ut agere.

Deinde concludit quia redargutiones fiunt ex hiis locis.

Ordo ad praecedens ex praedictis iam patet. Patet ordo partium, quia prius est ponere causam universalem secundum quam fiunt paralogismi et

¹ neutrum] alterum *Aristoteles*.

² quale vel facere pati] vel facere quale vel puta **P**; quale vel faciens patiens *Aristoteles*.

³ declinationis] deūcōīf **P**.

consequenter determinare compositionem paralogismorum specialium secundum illam rationem universalem, et p^rius quantum ad hos modos ‘masculinum – femininum’ quam secundum modos praedicandi.

1. Sed hic obicitur in principio quid dicatur figura dictionis? Si dicatur quod terminatio dictionis vel similitudo duarum dictionum in terminatione, istud non potest esse generale in omnibus paralogismis, quia quando paralogismi fiunt ex eo quod quale quid interpretatur hoc aliquid sub appellationis figura, non est similitudo duarum dictionum in terminatione, sed tantum est una dictio, ut patet, cum dicitur /47vA/ ‘homo est Socrates, homo est Plato, ergo [[homo]] Socrates est Plato’, et ita in praedicto syllogismo non esset figura dictionis. Nec¹ paralogismi secundum figuram dictionis essent quantum ad terminationem in illis dictionibus ‘album’ et ‘quicquid’, nec quantum ad vocem nec quantum ad accidens vocis, quare non esset paralogismus secundum dictionem, et ita non secundum figuram dictionis.

Si dicat aliquis quod sunt similes illae dictiones in hoc quod utraque significat substantiae,² istud nihil est, quia illi modi ‘adjective’ ‘substantive’ non sunt dispositiones nominis vel vocis sicut accentus et tempus, sed³ sunt modi intellectus qui repraesentatur,⁴ et ita non fiet paralogismus secundum figuram dictionis vel similitudinem secundum hos modos.

2. Item, non est eadem unitas secundum speciem <in> dictione secundum totam vocem vel secundum partem vocis; sed in paralogismis qui f*unt* ex eo quod interpretatur masculinum femininum⁵ vel quod inter haec est alterum horum est unitas dictionis quantum ad partem dictionis, quia solum quantum ad terminationem; in paralogismis qui fiunt

¹ nec] sed P.

² substantive] s(u)b(stanti)ali(ta)tem P.

³ sed] et P.

⁴ repraesentatur] *vel* repraesentantur P.

⁵ femininum] feminino P.

ex eo quod interpretamur quale quid hoc aliquid est unitas secundum totam substantiam vocis; ergo in istis paralogismis non est eadem unitas secundum speciem quando interpretatur masculinum¹ femininum vel econverso et quando interpretatur quale quid² hoc aliquid. [[h]]

3. Item, <paralogismi> aequivocationis fiunt ex identitate dictionis cum dictione secundum totam substantiam et actu;³ ergo, cum sit identitas secundum totam substantiam et actu in paralogismis qui fiunt ex eo quod interpretatur quale quid hoc aliquid, erunt illi paralogismi indifferentes secundum speciem cum paralogismis qui fiunt secundum aequivocationem.

4. Item, dictio quantum ad terminationem⁴ nota est consignificationum, quantum ad principium nota est significationum, et ita, sicut latent multae consignificationes sub voce una et non sunt [[in]]distinctae propter terminationem unam, videtur quod deberent esse paralogismi secundum figuram dictionis [[s]] quantum ad alia accidentia, si[[g]]cut genera, et tunc est quaestio quare⁵ Auctor non ponit huiusmodi paralogismos.

5. Item, in secundo libro⁶ de solutione paralogismorum ponit paralogismos qui fiunt ex eo quod quale quid interpretatur hoc aliquid, et non ponit paralogismos qui fiunt ex eo quod masculinum interpretatur femininum; in hoc autem libro, in quo docet compositionem paralogismorum, facit omnino econverso; sed cum eius sit solutio cuius est compositio⁷ et econverso, utrorumque paralogismorum debet esse compositio <et> solutio; et ita videtur quod hic deberent utriusque paralogismi poni, et in secundo

¹ masculinum] nacul()m P.

² quid] non P.

³ accentum – accentum *haesitans scripsi*] acē̄t – ac̄l̄t P.

⁴ terminationem] orationem P.

⁵ quare] quando P.

⁶ Sc. in SE c. 22.

⁷ compositio] oppositio P.

similiter; aut dicatur quare determinatur in primo¹ libro/ compositio unius et alterius non, et in secundo solutio unius, alterius non.

6. Item, multitudo significationum et consignificationum est causa defectus in paralogismis secundum aequivocationem; quare, cum non debeant esse proximae² causae defectus in diversis paralogismis secundum speciem, non erit in paralogismis secundum figuram dictionis causa defectus multitudo significationum vel consignificationum, et ita non fiunt paralogismi secundum figuram dictionis ex eo quod interpretamur masculinum femininum vel econverso.

7. Item, sicut aliquis fallitur in concedendo eundem modum significandi propter similem figuraionem cum sint modi diversi, sic contingit [[d]] falli³ credendo propter dissimilem figuraionem modum significandi diversum, cum tamen sit idem modus. Et ita deficit [[modus]] nobis quidam modus *\sophi<sticus>* secundum dictionem.

8. Item, cum ponit paralogismos quando unum praedicamentorum interpretatur aliud vel unus modus significandi <mutatur> in alium modum significandi, quaeritur quare non ponit paralogismos quando unum genus interpretatur aliud, potest enim formari paralogismus, sed exemplum non ponit in Littera, licet exemplum alterius ponatur; ponit enim exemplum quomodo id quod est sub uno genere interpretatur esse sub alio, sed non ponit exemplum quomodo unum genus interpreta[[d]]tur aliud.

Solutio.

→ I. Ad primum dicendum quod in omnibus paralogismis secundum figuram dictionis est unum motivum principium differens ab aliis motivis principiis in paralogismis secundum alios locos, sed illud principium motivum non est unitas quantum ad totam substantiam vocis nec quantum ad terminationem vocis, sed unitas modi significandi vel intelligendi sub

¹ primo] ipso P.

² proximae] *num sanum?* eaedem *expectandum erat.*

³ falli credendo] inv. P.

quo latent multae res et diversae, et illud potest adaptari omnibus paralogismis qui fiunt secundum [[d]] figuram dictionis, <ut> quando masculinum interpretatur femininum vel econverso; res enim masculinae et femininae possunt masculine significari,¹ et ita masculinitas quae est modus significandi vel intelligendi facit credere rem masculinam quae non est masculina, et ita res multae sicut res masculina et feminina <sunt> sub unitate modi significandi vel intelligendi masculine. Similiter sunt res multae sub modo significandi vel intelligendi aliquid sicut agere, possunt enim et actio et passio [[significari]] [possunt] significari per modum actionis, unde modus significandi vel intelligendi active faciat credere actionem² esse passionem; et quando mutatur unum praedicamentum in aliud latent ergo multa sub uno modo significandi. Similiter autem patet id quando mutatur unus modus praedicandi in alium modum praedicandi, sicut quando mutatur quid in quale, ut in hoc paralogismo ‘quicquid vidisti heri etc.’; in hoc enim paralogismo sunt duae dictiones quarum utraque significat sub<stantive,³ sed> una significat quid, altera quale. Sed quia dictiones quae substantiae significant non differunt⁴ ab aliis, videretur significare sicut aliquid per se stans; propter hoc videretur significare quid est, et ita per modum significandi substantiae quod significat quale[m] est [et] videntur significare quid est, et ita latebunt quid est et quale est sub [sub] utroque modo significandi. Similiter patet quando quale quid interpretatur hoc aliquid, universale et particulare in uno modo significandi communicant. Quod patet, cum enim dico ‘homo’ non dico ipsum ut est in multis sed ut est /47vB/ praeter multa, dico enim rem quae est in multis, sed non in quantum est in multis, unde illo modo significandi vel intelligendi qui sunt extra⁵ multa vel non ut in multis communicant universale et particulare, et

¹ significari] significare P.

² actionem] orationem P.

³ substantiae sed] sub expunctum P.

⁴ differunt ab aliis] dicunt ab alio P.

⁵ extra] ex^a P, id quod etiam exempla significare potest.

ille modus significandi vel intelligendi faciet paralogismum extra dictio-
nem, quia modus significandi vel intelligendi comparatur sicut nomen,
sunt enim media inter rem significatam et vocem, et quia medium ad
[[unum]] utrumque extremorum est ultimum, sicut dicit Aristoteles in libro
Physicorum,¹ erit modus significandi in compositione ad vocem signi-
ficatam sicut significatum ad rem significatam et sicut signum volunta-
rium, aliter enim non late^{<re>}nt multae res sub uno modo significandi, sed
una sub uno cum non lateant multae res sub uno intellectu, eo quod intel-
lectus non est signum voluntarium sed naturale; quia ergo paralogismi
secundum dictionem non dicuntur² secundum dictionis substantiam esse
sed propter notam et significationem dictionis, unde si aliqua res erit nota
et signum per voluntatem multarum rerum, possibile esset secundum signi-
ficationem huiusmodi fieri paralogismos secundum dictionem, manifes-
tum est quod praedicti paralogismi qui fiunt secundum unitatem modi sig-
nificandi erunt [erunt] secundum dictionem, cum huiusmodi modi signi-
ficiandi comparantur ad res secundum interpretationem signi. Aliud autem
significat Auctor consequenter in capitulo de solutione,³ cum dicit non
homo et album nomen est et res, sicut enim ibi erit manifestum, Auctor
non dicit hominem et album essentiam secundum quod ponuntur materia-
liter, quia nihil esset ad propositum, sed quia cum in nomine esset duplex
significatio, sc. generalis et specialis, dicuntur res esse quantum ad specia-
lem significationem, nomina autem quantum ad generalem, quae dicitur
modus significandi. Et ita manifestum est quod unitas quae est quantum ad
modum significandi est unitas nominis, et ita paralogismi qui fiunt secun-
dum unitatem modi secundum dictionem erunt paralogismi, sed extra dic-
tionem non.

¹ Arist., *Ph.* V.5.229b19-20, trl. vetus: “medium ad utrumque dicitur quodammodo
utrumque ultimorum”.

² dicuntur] dicantur **P.**

³ Arist.. *SE* 14.174a8-9: “nam homo et album et res et nomen est.”

→ 2. Ad aliud dicendum quod duplex est intentio: generalis et specialis, et intentio specialis est principalis significatio nominis, intentio quae appellatur modus significandi, sc. generalis, et quando[[cum]]que est consignificatio dictionum, et istud quia duplex modus significandi; quidam qui est significatio et quidam qui est consignificatio. Dicimus ergo quod ad faciendum apparere unitatem principalium significationum exigitur unitas dictionis quantum ad totam substantiam; sed ad faciendum apparere modos significandi vel intelligendi qui dicuntur designati per terminacionem dictionis non exigitur unitas dictionis quantum ad totam substantiam dictionis, sed quantum ad partem solum, quia magis¹ unitas movere debet ad unitatem specialis significationis quam ad unitatem generalis, et ideo non contingit paralogismos esse fac*<i>entes* credere significationem principalem propter unitatem principii. Praeterea,² cum completio significandi attendatur quantum ad finem et numquam ad principium, quod patet ex distinctione figurae, est enim figura quod termino vel terminis continetur, manifestum est quod penes unitatem quantum ad terminationem et non quantum ad principium figura [[rei]] \dictionis/ attenditur.

→ 4. Ad aliud dicendum quod possunt latere multa accidentia nominis sub una terminatione, sicut multa genera; sed non possunt comparari ad invicem apparenter duae dictiones in praedicando vel subiendo secundum diversos casus aut diversos numeros sicut secundum diversa genera; duae enim dictiones sub diversis generibus comparari possunt [[app..]] apparenter in praedicando et subiendo, ut patet cum dicitur ‘poeta est alba’, sed non possunt ita compar*<ar>i* in³ diversis numeris, non enim congrue dicitur neque competenter ‘[[musa]] \viri/ est albus’ accipiendo hoc nomen ‘viri’ in plurali, et hoc est quia secundum numerum et casum construitur nomen cum verbis, et ratione diversorum verborum quae exigunt dictiones pluralis numeri et singularis determinatur multitudo consigni-

¹ magis] maior P.

² praeterea] p^a P, *ut videtur*.

³ in] cum P.

ficationum; sed quia nomen non construitur sic cum verbo, non determinatur per verbum cui additur multitudo generum; quare magis possunt fieri paralogismi secundum genera quam secundum alia¹ accidentia. Similiter possunt fieri² per genera verbi, quia verba diversorum generum possunt comparari apparenter ad invicem et in subiendo et praedicando, ut patet cum dicitur ‘vigere est agere’; sed ita possunt comparari verba secundum illa accidentia.

→ 3.+5. Ad aliud dicendum quia <in> paralogismi<s> qui fiunt ex eo quod interpretamur quale quid hoc aliquid motivum principium est unitas dictionis secundum substantiam et accentum,³ †et ut hoc est separatum ab huiusmodi unitate†; cum ergo istud sit movens in paralogismis secundum figuram dictionis et in paralogismis secundum aequivocationem, non differunt huiusmodi paralogismi quantum ad principia motiva a paralogismis secundum aequivocationem, [tantum] et si different, tamen principium motivum in hiis non separatur a motivo intellectu sed cum illo motivo est idem.⁴ Quia ergo hic determinatur paralogismorum differentia penes principia motiva, non debent hic huiusmodi paralogismi esse, cum non different penes principia motiva a predictis, et si different, tamen non separantur ab illis. Sed quia in secundo determinatur solutio paralogismorum †est differens† determinandum est in secundo de paralogismis quantum ad suum defectum, et quia multitudo latens sub una dictione est causa defectus, determinandum est in secundo libro de paralogismis secundum figuram dictionis quantum ad suam multitudinem, et quia est alia multitudo in paralogismis secundum figuram divisionis quando interpretatur quale quid hoc aliquid; iterum quia in hoc libro determinantur paralogismi sive differentiae paralogismorum quantum ad motiva principia, cum in paralogismis qui fiunt secundum figuram dictionis ex eo quod

¹ alia] i(ll)a P.

² fieri] termino P.

³ accentum] ac̄τ P.

⁴ idem] illud P.

interpretamur masculinum femininum vel econverso sit motivum principium unitas dictionis¹ secundum totam substantiam, erunt praedicti paralogismi differentes quantum ad motiva principia a paralogismis secundum aequivocationem, et etiam separantur ab eis, et ita debent poni in illo capitulo in quo doceatur diversitas paralogismorum penes motiva principia. Sed quia huiusmodi paralogismi non habent alium defectum quam paralogismi secundum aequivocationem, quia in istis paralogismis est multitudo et significatio² causa defectus, sicut in paralogismis secundum aequivocationem, cum solutio³ sit manifestatio defectus, habent eandem solutionem cum illis cum habeant eundem defectum, et propter hoc in libro secundo non debuerunt poni huiusmodi paralogismi.

→ 6. Ad aliud dicendum quia multitudo /48rA/ consignationum potest esse sub una significatione principali aut sub multis. Dicimus ergo quod multitudo significationum latentes sub una significatione principali est causa defectus in paralogismis secundum aequivocationem, in paralogismis secundum figuram dictionis multitudo consignationum coniuncta multitudini significationum.

→ 7. Ad aliud dicendum quod non ponit paralogismos qui fiunt ex dissimilitudine dictionum, quia dissimilitudo dictionum facit differentiam credere in terminis contradictionis, sc. praedicato et subiecto, et in terminis syllogismi, et ita appare<re> elenchum, quia necesse est in contradictione idem esse subiectum et praedicatum. Similiter in syllogismo necesse est idem <esse> medium. Et ita non potest esse locus sophisticus secundum dissimilitudinem, quia locus sophisticus est principium sophistici elenchi, sophisticus autem elenches est apparens et non existens.

→ 8. Ad aliud dicendum quia non ponit paralogismos quando masculinum interpretatur femininum vel econverso, quia hic determi-

¹ dictionis] doc̄of P.

² significatio] *lectio incerta*: fig^o P.

³ solutio – defectus] Cf. Arist., SE 18.176b29-30: “Quoniam autem est recta quidem solutio manifestatio falsi syllogismi”.

nantur paralogismi concludentes contradictionem, sed hii paralogismi non possunt concludere contradictionem, sed soloecismum, quia oportet in paralogismis concludentibus contradictionem utra^mque propositionem esse contrariam, sed paralogismi qui fiunt ex eo quod interpretatur illud quod est facere ut agere possunt concludere contradictionem, quia possunt concludere hanc propositionem ‘vivere est facere’, et propter hoc docuit compositionem huiusmodi paralogismorum, aliorum autem docuit causam et non compositionem.

<4.166b21> EORUM VERO QUAE EXTRA DICTIONEM SUNT etc.

Ostenso quomodo fiant redargutiones secundum modos arguendi in dictione, Auctor consequenter [[d]] ostendit quomodo debeant fieri secundum extra dictionem. Primo ergo in praesenti lectione enumerat Auctor locos secundum extra dictionem, secundo exequitur de paralogismis secundum accidens primo ponens rationem universalem paralogismorum secundum accidens, secundo¹ docet componere paralogismos speciales secundum istam [[o]] rationem universalem.

Enumerat ergo locos extra dictionem dicens quia eorum paralogismorum qui extra dictionem sunt species sunt septem, dicens quod una est secundum accidens, secunda est secundum quid et simpliciter, tertia secundum ignorantiam elenchi, quarta secundum consequens, quinta secundum petere quod est in principio, sexta secundum non causam ut causam, septima secundum plures interrogations ut unam facere. Deinde ponit communem rationem paralogismorum secundum accidens, dicens quod paralogismi secundum accidens fiunt quando omne quod accidenti inest vel praedicato assignatur subiecto inesse, et dicit quia hoc non est necesse, quia omnia sic essent eadem.

Deinde ponit paralogismos secundum accidens, et est primus paralogismus talis: ‘Coriscus est alter ab homine, et ipse est homo, ergo est alter

¹ secundo] secundum P.

a se'. Secundus paralogismus est talis: 'Coriscus est alter a Socrate, et Socrates est homo, ergo est alter ab homine'.

Continuatio harum partium patet: prius enim est enuntiare locos extra dictionem quam exequi de illis. Item, prius est ponere rationem universalem paralogismorum secundum accidens quam docere compositionem paralogismorum specialium.

1. Sed obicitur de numero et ordine locorum extra dictionem. Et obicitur primo de numero in hunc modum: Habemus enim quendam locum sophisticum [secundum] extra dictionem secundum hanc oppositionem 'per se et per accidens', sicut est locus secundum accidens; similiter secundum hanc oppositionem 'unum et multa', similiter secundum hanc 'causa – non causa', et similiter secundum multas alias [[dis]] \op/positiones entis fiunt paralogismi; quare, cum 'contingens et necessarium' et 'universale et particulare' sint oppositiones entis, cum contingat non discernere illa opposita sicut contingit non discernere alia opposita, videtur quod debeant esse loci sophistici secundum istas oppositiones [vel] \sicut/ secundum alias.

2. Item, unus locus sophisticus est, sc.¹ secundum accidens, cum id quod non est per se sed secundum accidens creditur esse per se; quare similiter debet esse unus locus sophisticus cum id quod est per se creditur non esse per se sed per accidens; quare deberet esse unus locus sophisticus oppositus loco secundum accidens.

3. Similiter, est unus locus cum id quod non est causa creditur esse causa; cum ergo contingat similiter quod est causa credi[di] non esse causam, erit quidam locus sophisticus oppositus loco qui est secundum non causam ut causam.

4. Item, unus locus sophisticus quando quod non est unum sed multa credimus esse unum; cum ergo contingat credere quod est unum esse multa, cum non sit multa, erit aliis locus sophisticus oppositus loco secun-

¹ sc.] sicut P.

dum plures interrogations ut unam, qui erit secundum interrogationem <unam> ut plures.

5. Similiter, in paralogismis secundum quid et simpliciter fallimur quia credimus quod est quo simpliciter e<ss>e, et similiter possumus falli credendo quod non est quo esse quo, et erit ita alius locus sophisticus oppositus loco secundum quid et simpliciter.

6. Et similiter unicuique loco erit alius locus oppositus, et ita in duplo erunt plures loci quam assignantur,¹ unde erunt quattuordecim.

7. Item, videtur quod deberent esse pauciores, quia omnis causa antecedens et omne causatum subsequens; quare, cum² quod non est causa creditur esse causa, creditur esse antecedens quod non est antecedens; et ita locus secundum consequens et non causam ut causam non erunt loci differentes secundum speciem, cum unus sit sub alio.

8. Item, paralogismi qui fiunt secundum petitionem eius quod est in principio fiunt quando quod non est principium creditur esse principium; et ita, cum principium sit idem quod causa, locus secundum non causam ut causam et locus secundum petitionem principii erunt i<i>dem loci non differentes secundum speciem.

9. Item, quaeritur de ordine hoc modo: Oppositio illa ‘unum et multa’ prior est natura quam haec ‘per se – per accidens’; quare paralogismi secundum illam primam oppositionem erunt primi, et ita paralogismi qui fiunt secundum plures interrogations erunt primi quam paralogismi secundum accidens.

10. Item, Auctor in capitulo illo <4.165b23> MODI ARGUENDI etc. ostendebat [[1]] numerum modorum in dictione. Quaeritur ergo propter quid [[non]] non ostendit hic numerum³ locorum extra dictionem.

¹ assignantur] asinnantur **P.**

² cum] cōd^(tur), *i.e.* creditur **P.**

³ numerum] numeros **P.**

11. Item, cum sit quaedam natura communis paralogismis [[d]] secundum dictionem, †natura¹ quidem circa secundum affirmationem†, quaeritur propter quid non est similiter in paralogismis [[secundum]] extra dicti- onem; et si contingit esse naturam communem, propter quid non nomi- nantur sub illa communi.

12. Item quaeritur de ratione communi quam ponit paralogismorum secundum accidens dicens quod secundum accidens fiunt paralogismi quando <quod> assignatur praedicato assignatur subiecto; sed istud² con- tingit omnibus syllogismis primae figurae; quare in omnibus syllogismis primae figurae est fallacia accidentis.

13. Item quaeritur quid dicatur hic accidens, et quae sit ratio accidentis in quantum hic sumitur, aut³ secundum quod <u>numquodque praedica- tum dicatur accidens, aut sumitur [[universale prout]] accidens prout est universale in quantum assignat Porphyrius. Si sumatur accidens primo modo, non est causa deceptionis, praedicatum enim /48rB/ in quantum praedicatum non est causa deceptionis, quia tunc esset deceptio in omni propositione et in omni syllogismo. Si autem sumatur accidens prout est quintum universale, adhuc accidens huiusmodi non esset causa decep- tionis, quoniam potest fieri huiusmodi syllogismus ut huiusmodi accidens sumitur ad medium vel ad primum terminum vel ad ultimum. Cum est accidens ad primum, sic fit syllogismus:⁴ ‘omnis homo est albus, Socrates est homo, ergo Socrates est albus’; cum est accidens ad medium, sic fit [[paralogismus]] syllogismus: ‘omne album currit, Socrates est albus, ergo Socrates currit’; similiter potest fieri syllogismus cum est accidens⁵ ad ultimum.

¹ natura quidem circa] n^a q'd' cc^a vel n^a q'd' co^a P.

² istud] istis P.

³ aut] item P.

⁴ syllogismus] paralogismus P.

⁵ accidens] adiacens P.

14. Praeterea,¹ alicui est paralogismus secundum accidens ubi non sumitur accidens prout² est accidens universaliter universale, sicut in hoc paralogismo ‘Socrates est homo, Plato est homo, ergo Socrates est Plato’, ille enim paralogismus est secundum accidens, tamen nullum significat accidens quod est universaliter universale.

15. Si dicat aliquis quod supponit quod est praedicatum quod est in parte idem, in parte diversum, – istud nihil est, quia necesse esset in quolibet syllogismo, si enim esset medium omnino idem cum primo et ultimo, esset petitio eius quod est in principio, si autem³ diversum, non posset arguere apparenter, vel si apparenter, esset paralogismus secundum non causam ut causam, et ita non esset syllogismus. Quare oportet quod in omni syllogismo⁴ medium esset quod est in parte idem, in parte diversum; quare illud non erit causa alicuius paralogismi.

16. Deinde quaeritur de paralogismis secundum accidens. In altero enim concluditur quod in altero accipitur <sicut> principium; sed quod sicut principium accipitur non debet esse in conclusione;⁵ quod autem concluditur debet esse inconveniens, vel vere vel apparenter. Videtur quod idem non possit esse principium syllogismi sophistici et conclusio.

17. Item, videtur quod hic sit consequens ‘Coriscus est alter a Socrate, et Socrates est homo, ergo est alter ab homine’, quia Coriscum esse alterum a Socrate est Coriscum non esse Socratem, et Coriscum esse alterum ab homine est Coriscum non esse hominem; sed hic est paralogismus secundum consequens: ‘Coriscus [[est alter a Socrate]] non est Socrates, Socrates non est homo, ergo Coriscus [[non]] non est homo’, quia sequitur econverso; quare non erit ibi paralogismus secundum accidens.

¹ praeterea] p^g P.

² prout] p^t(= potest) P.

³ autem] ēl (= ens) P, ut videtur.

⁴ syllogismo medium esset] medi[[o]]um esset syllogismo P.

⁵ conclusione] coniunctis P.

18. Item, dicit in Littera¹ quia accidit Socratem esse hominem a quo Socrate dicit Coriscum esse alterum. Sed videtur dicere falsum, quia homo non accidit Socrati, essentialiter enim inest homo Socrati; ergo non accidit.

Solutio.

→ 1.-2. Ad primum dicendum quia non possunt esse extra dictionem plures loci quam septem. Non potest esse locus sophisticus oppositus loco secundum accidens quia non est syllogismus sophisticus ex eo quod per se appareat per accidens, cum enim necesse sit in omni syllogismo [esse] medium accipi sicut per se et non secundum accidens, et non sit syllogismus cum [[non]] medium <non> per <se> accipitur, quod facit apparere quod per se inest esse per accidens facit de syllogismo apparere quod non sit syllogismus, et ita illa oratio apparebit non syllogismus, et non syllogismus, quare cum locus sophisticus² sit apprens syllogismus, manifestum est quod illa oratio non erit syllogismus sophisticus, et ita, cum locus sophisticus principium³ sit, secundum locum apparebit syllogismus cum non sit syllogismus; quare non erit aliquis locus sophisticus faciens credere quod est per se non esse per se sed secundum accidens.

Et eadem solutio est in aliis.

→ 4. Cum syllogismus in quantum syllogismus sit ex quibusdam, quare cum sophisticus syllogismus sit apprens syllogismus, apparebit esse ex quibusdam; sed <si> propositio una apparet esse plures, oratio quae est ex hiis non apparebit [[esse plures]] esse ex quibusdam, et ita apparet non syllogismus, quare non erit sophisticus syllogismus, quia sophisticus syllogismus est apprens syllogismus, et ita non potest esse aliquis locus sophisticus qui faciat apparere propositionem quae est una esse plures,

¹ Arist., SE 5.166b33-36: “Aut si a Socrate alter, Socrates autem homo, alterum ab homine aiunt concessum esse, eo quod accidit, a quo dixit alterum esse, hunc esse hominem.”

² sophisticus] syllogismus P.

³ principium] p^m P.

sicut est aliquis locus sophisticus faciens apparere propositionem quae est plures esse unam.

→ 3. Similiter non potest esse aliquis locus sophisticus faciens apparere non causam esse causam sicut econverso. Et hoc est quia syllogismus in quantum syllogismus <est> ex propositionibus quae sunt causae conclusio-
nis in quantum conclusio est; quare non potest esse apparenſ syllogismus nisi propositiones ex quibus fit syllogismus appareant esse verae;¹ quare si apparenſ esse non verae, erit non apparenſ syllogismus, et ita non so-
phisticus, quia sophisticus² syllogismus est apparenſ syllogismus etc.

→ 5.-6. Similiter non potest esse aliquis³ locus sophisticus oppositus aliis locis, quia semper faceret credere orationem non esse syllogismum, et ita non faceret orationem credere <esse> syllogismum.

Item, posterius accipit figuram <prioris> et non econverso, et ens incompletum⁴ entis completi et non econverso; et hoc est quia ab ente priori influunt quaedam dispositiones circa⁵ ens incompletum per quas ens incompletum assimilatur enti completo et non econverso. Et hoc patet ex †inductione†,⁶ nomina enim a substantia accipiunt modum substantiae, sed substantia non accipit mod[or]um illorum. Quoniam ergo per se prius est quam accidens, sic<ut> habetur in secundo Physicorum in capitulo de [capitulo] [[et]] [de] casu et fortuna,⁷ sicut substantia prior est accidente et ens completum respectu entis per accidens, accipit ens per accidens figu-
ram entis per se et non econverso, quia unum prius est multo et ens

¹ verae] falsae P.

² sophisticus] ser^(tur) (?) P.

³ aliquis] alius P.

⁴ incompletum] in voluntate P.

⁵ circa] ē 1^a P.

⁶ inductione] idēōē P, id quod etiam in dictione *legi potest*.

⁷ Arist., *Ph.* II.6.198a7-8, trl. vetus: “nichil autem secundum accidens prius est eius que sunt per se”. *Auctoritates Aristotelis* 2.84: “Illud quod est per se est prius eo quod dicitur per accidens.”

completum respectu illius, †esse¹ multum aliquo modo esse unum, sed est aliquid unum quod nullo modo est unum†.

Similiter, cum causa sit prius non causa, et ens completum respectu illius, accipit non causa figuram causae, et non econverso.

→ ? Ad hoc autem quod obicitur propter quid secundum dispositiones quasdam entis sumuntur loci sophistici et non secundum alias oppositiones, dicendum quod quaedam dispositiones consequentes ens, sive altera pars oppositionis consequentis ens, sunt dispositiones terminorum aut propositionum in quantum sunt principia syllogismi, unde in definitione syllogismi significantur circa terminos vel circa propositiones vel circa conclusionem, et circa accidere conclusionis ex praemissis, verbi gratia circa terminos et propositiones significatur in syllogismi definitione unitas, similiter significatur causalitas per hanc dictionem ‘eo quod sunt’, necessitas vero causatur circa conclusiones ex praemissis per hoc quod dicitur ‘ex necessitate accidere’, et per hoc idem significatur per se /48vA/ ex² consequenti, quia per se comcomitatur necessarium. Et ita manifestum est quod secundum praedictas differentias entis fiunt syllogismi apparentes, sicut cum appareat unum quod non est unum vel causa quod non est causa vel aliud quod non est aliud vel³ necessarium quod non est necessarium. Sed quia illae differentiae entis ‘universale’ ‘particulare’ et multae aliae differentiae entis in syllogismi definitione non significantur nec oppositae dicuntur, manifestum est quod non sunt dispositiones terminorum aut propositionum prout termini <et propositiones> sunt principia syllogismi, et ita⁴ secundum illas differentias non dicunt<ur> syllogismi apparentes.

¹ esse multum aliquo modo esse unum, sed est aliquid unum quod nullo modo est unum] fortasse omne multum aliquo modo est unum, sed est aliquid unum quod nullo modo est unum scribendum.

² ex] una littera incepta sed non finita + et P.

³ vel] sed P.

⁴ ita] ille (i^e] P.

→ 7. Ad aliud dicendum quod locus secundum consequens et locus secundum non causam ut causam sunt differentes secundum speciem.

Notandum est ergo quod non causa quae est in paralogismis secundum non causam supponit pro effectu quod consequitur terminum, sed supponit pro aliquo quod nec antecedit nec sequitur ad causam. Sed cum dicitur quod paralogismi secundum consequens fiunt quia consequens non accipitur ut¹ consequens vel quia antecedens² non sumitur sicut antecedens, dicit<ur> quod non est consequens acceptum sicut consequens non supponit omne³ id quod non est, licet supponat †terminum†⁴ antecedens quod factum est consequens. Similiter si dicatur quod sumuntur⁵ illi paralogismi quia non antecedens sumitur ut antecedens, per hoc quod dicitur ‘non antecedens’ non supponitur omne⁶ id quod non est antecedens, sed consequens solum ad id antecedens; unde negatio antecedentis vel consequentis per quae fiunt paralogismi secundum non causam ut causam est negatio simpliciter, et ordinis et positionis consequentiae.⁷

→ 8. Ad aliud dicendum quia orationes quae fiunt secundum petitionem peccant contra causam vel principium, et fortasse eadem est negatio causae et principii.⁸ Sed dicimus quod non causa dicitur dupliciter: uno modo effectus egrediens a causa, qui effectus causae opponitur; alio modo dicitur non causa quicquid⁹ non est causa nec effectus causae nec se habet in antecedendo vel consequendo. Et primo modo [[ac]] accipitur non causa

¹ ut] vel **P.**

² antecedens] acēs **P** *hic et pluries in sequentibus.*

³ omne] esse **P.**

⁴ terminum] tñ **P**; *an tamquam scribendum?*

⁵ sumuntur] sumitur **P.**

⁶ omne] esse **P.**

⁷ consequentiae] 9^e **P.**

⁸ principii] p^m **P.**

⁹ quicquid] quid quod **P.**

quando petitur principium, secundo modo est non causa in orationibus¹ quae fiunt secundum non causam ut causam.

→ 9. Ad aliud quod sequitur² de ordine dicendum quod licet oppositio illa ‘unum – multa’ sit³ prior illa ‘per se – per accidens’, non tamen erunt paralogismi secundum plures interrogations priores paralogismis secundum accidens, quia non dividuntur paralogismi penes naturam a quibus deficiunt, sed penes motiva principia per quae apparent, et secundum quod illa motiva principia magis et minus faciunt latere; et quia magis latere faciunt motiva principia secundum accidens inter omnia motiva extra dictionem – cuius signum est quia huiusmodi orationes decipiunt sapientes – manifestum est quia paralogismi secundum accidens debent esse priores.

→ 10.-11. Ad aliud quod quaeritur, propter quid non ostendit numerum locorum extra dictionem dicendum quod numerus locorum extra dictio- nem potest extrahi a differentiis positis in syllogismi definitione vel elenchi, quia diversi loci extra dictionem non habent defectum ab eadem diffe- rentia elenchi vel syllogismi, sed unusquisque habet proprium defectum.

Quod patet sic: oratio secundum accidens deficit ab illa differentia ‘ex necessitate accidere’; orationes secundum consequens deficiunt ab hac differentia ‘positis’, pecca<n>t enim, ut prius dicebatur, orationes secun- dum consequens contra ‘positis’, et hoc est quia antecedens fit consequens et econverso. Item, paralogismi secundum petitionem principii deficiunt ab hac⁴ ‘aliud’, paralogismi secundum non causam ut causam ab hac differentia ‘eo quod haec sint’,⁵ paralogismi secundum plures interrogations ab hac differentia ‘quibusdam’, orationes secundum quid et simpli- citer et secundum ignorantiam elenchi deficiunt <a> differentiis elenchi sive contradictionis. Et ita ex definitione elenchi vel syllogismi potest

¹ orationibus] omnibus **P.**

² sequitur] seū(ur) **P.**

³ sit] sibi **P.**

⁴ hac] hoc **P.**

⁵ sint] sunt *Aristoteles SE* 6.168b24, *sed sint etiam infra habet P.*

extrahi numerus locorum extra dictionem, et hoc est quia in unoquoque paralogismo extra dictionem est proprius defectus, et sunt quinque partes propriae positae in definitione syllogismi vel elenchi a quibus deficiunt, et propter hoc in capitulo illo <6.168a17> AUT ERGO SIC DIVIDENDUM etc. in quo determinaⁿtur defectus paralogismorum determinat Auctor reductionem propriam uniuscuiusque paralogismi extra dictionem, et hoc est quia proprii erant defectus; sed modi arguendi secundum dictionem fiunt ab eadem differentia posita in syllogismi definitione vel elenchi, unde non haben^t proprium defectum sed communem, vel si habeant aliquo modo proprium a diversis partibus, non tamen unusquisque habet proprium defectum, sed solum sunt¹ defectus duo; <unus> in aequivocatione et amphibolia et simili figuraione, aliis in compositione et divisione et accentu. Et propter hoc non determinatur in illo capitulo AUT ERGO SIC etc. nisi duplex reductio apparentiae omnium² elenchorum vel syllogismorum secundum dictionem, una quidem aequivocationis et amphiboliae et figurae dictionis, alia compositionis et divisionis et accentus.

Propter hoc ergo non potest extrahi numerus locorum secundum dictio-
nem a definitione syllogismi vel elenchi, sc.³ [[et definitione]] a differentiis
positis in definitione illorum, sed extrahi potest numerus locorum extra
dictionem a differentiis positis in definitionibus syllogismi vel elenchi.
Propter hoc necesse fuit ostendere numerum locorum secundum dictio-
nem, non autem extra dictionem, quia ille numerus statim manifestus est
ex definitione syllogismi vel elenchi, ille autem non. Aut fuit necesse
ostendere numerum locorum in dictione propter hoc quod peccant multi
contra elenchum et syllogismum secundum eandem causam; propter hoc
possunt videri pauciores, propter convenientiam in hoc quod peccant
secundum eandem differentiam; sed non sic est de locis extra dictionem,

¹ sunt] totum **P.**

² omnium] enim **P.**

³ sc.] l[[ē]] **P.**

peccat enim unusquisque contra partem propriam positam in definitione syllogismi vel elenchi.

Patet¹ ergo ex definitione syllogismi vel elenchi haberi /48vB/ numerus locorum extra dictionem hoc modo: definitur² enim elenchus hoc modo:³ “elenchus est syllogismus contradictionis”. Item, “syllogismus est oratio in qua quibusdam positis de necessitate accidit aliud ex eo quod haec sint”. Item,⁴ “contradiccio est unius et eiusdem, non solum rei, sed rei et nominis, secundum idem, ad idem, in eodem tempore et similiter”. †c† ergo quae definiunt syllogismum et quae definiunt contradictionem. Sed paralogismi extra dictionem deficiunt a definitione elenchi, ergo aut deficiunt a definitione⁵ <contradictionis aut a definitione> syllogismi. Cum in syllogismo non sint nisi quinque differentiae, sc. ‘quibusdam’ ‘positis’ ‘ex necessitate accidere’ ‘aliud’ ‘eo quod haec sint’, quare quod deficit a syllogismi definitione aut deficit ab illa differentia ‘quibusdam’, et tunc est plures interrogaciones; aut deficit ab illa differentia ‘positis’, et tunc est consequens; aut ab illa differentia ‘de necessitate accidere’, et tunc peccat contra accidentis, aut⁶ ab illa differentia ‘aliud’, et tunc est petitio principii; aut ab illa differentia ‘eo quod haec sint’, et tunc est non causa ut causa; et ita sunt quinque loci extra dictionem secundum defectum quinque partium syllogismi. Si est defectus a parte contradictionis, aut est defectus ab istis partibus ‘unius et eiusdem, non solum rei, sed rei et nominis’ aut ab illa ‘secundum idem et ad idem et in eodem tempore et similiter’; si hoc ultimo modo, tunc est paralogismus secundum ignorantiam elenchi; si primo

¹ patet] an potest scribendum?

² definitur] differunt P, ut videtur.

³ Arist., SE 9.170b1-2 “nam elenchus est contradictionis syllogismus”.

⁴ Arist., SE 5.167a23-27: “nam elenchus est contradictio eiusdem et unius, non nominis sed rei et nominis non sinonimi sed eiusdem, ex his quae data sunt ex necessitate, non connumerato quod erat in principio, secundum idem et ad idem et similiter et in eodem tempore.”

⁵ definitione] differentiis P.

⁶ aut] et P.

modo, aut est defectus ab hoc quod dicitur ‘unius rei’ aut ab hoc ‘unius nominis’; si est defectus ab hoc quod dicitur ‘unius nominis’, sic erit locus secundum dictionem †quod et† extra dictionem; si est defectus ab illa differentia ‘unius et eiusdem rei’, erit locus secundum quid et simpliciter, quia aliquid [quia aliquid] dictum secundum quid et aliud dictum simpli- citer non sunt idem.

Sed quia ex divisione ista non potest <haberi> ordo¹ modorum extra dictionem, quia modi arguendi dividuntur penes motiva principia <magis> quam secundum defectus, oport[er]et aliter determinare numerum modorum arguendi extra dictionem a parte motivorum principiorum. Sed quia motivum principium est identitas sive² unitas rerum, in quolibet enim paralogismo extra dictionem necesse est multa sive diversa latere sub aliqua identitate, sicut in paralogismis secundum dictionem non idem latet sub eisdem nominibus vel orationibus, et propter hoc necesse est multiplicari paralogismos extra dictionem penes identitatem rerum sicut paralogismi in dictione multiplicantur penes identitatem nominum vel orationum.

Dividemus ergo identitatem quae est motivum principium in paralogismis extra dictionem hoc modo:

Cum³ enim syllogismi non sint nisi duo principia, sc.⁴ terminus et propositio, si propter aliquam identitatem appareat syllogismus cum non sit, illa identitas erit termini cum termino aut propositionis cum propositione, quia termini ad propositionem non appareat identitas, sed manifesta est differentia. Et intelligimus de identitate terminorum vel propositionum quantum ad ea quae habent de re et non de nomine. Item, si est identitas termini cum termino, aut \unius [est]/ est identitas cum eodem termino iterato aut diversi cum alio termino. Item, si est identitas unius cum alio,

¹ ordo] ordō **P.**

² sive] sumitur **P.**

³ cum] sunt **P.**

⁴ sc.] sed **P.**

cum non possint duo termini habere identitatem nisi cum unus terminus cum altero vel quod<d>am aliud¹ tertium² cum utroque dicitur, necesse est identitatem unius termini cum alio dici³ dupliciter, quia illa identitas est duorum quorum est unum de altero vel duorum⁴ de quibus est aliquod tertium.

Dicimus ergo quia accidens attenditur penes identitatem unius termini cum eodem iterato, quod patet cum dicitur ‘homo est species, Socrates est homo, ergo Socrates est species’, fallitur enim quia ille terminus ‘homo’ prius subiectum et postea⁵ idem iteratum praedicatur,⁶ unde identitas prius subiecti huius termini ‘homo’ ad eundem praedicatum est principium movens.⁷ Item, in paralogismis secundum quid et simpliciter est identitas duorum terminorum quorum unus est de altero motivum principium, ut patet in hiis terminis ‘albus pedem’ et ‘albus’. Item, in paralogismis secundum ignorantiam elenchi est identitas duorum terminorum de quibus est tertium, ut patet cum dicitur ‘hoc est duplum in longitudine, <non> duplum in latitudine’; de istis enim duobus terminis est aliquod unum duplum.

Sumatur ergo illa identitas quae est propositionis cum propositione; sed cum identitas sit dupliciter, aut unius cum [[duo]] uno aut duorum cum tertio – verbi gratia identitas numero est un*<i>us* cum uno et non duorum cum tertio, identitas genere aut specie est duorum in tertio –, necesse erit utique identitatem quae est propositionum esse dupliciter: aut unius propositionis cum alia associatione⁸ aut duarum propositionum in alio tertio in quo communicant propositiones. Item, quae est propositionis cum alia as-

¹ aliud] a^od (= aliquod) P.

² tertium] tm P, *id quod in hoc textu communiter terminum significat, sed infra iterum pro tertium positum occurret, ut etiam to pro tertio.*

³ dici] dividi P.

⁴ duorum] terminorum P.

⁵ postea] post non P.

⁶ praedicatur] penitus P.

⁷ movens] moveri P.

⁸ associatione] associate P.

sociatione, cum non possit secundum se esse propositio eadem alii nec inferendo nec consequendo, erit illa identitas propositionum adiunctione, quia una infert aliam vel infertur ab alia; hoc contingit dupliciter [contingit]; et quia illa identitas propositionum inferendo aut consequendo aut erit quia una infert aliam et infertur ab alia vel quia infert aliam et non infertur ab alia; si primo modo, sic est petitio eius quod est in principio; si secundo modo, sic est consequens. Si est identitas in alio tertio in quo communicant †propositionum duarum† propositiones, cum propositiones non communicent in alio quod non¹ <sit> de illis vel pars propositionis, communicabunt² in alio quod est pars propositionis vel de propositione. Si est pars propositionis, aut est pars principalis, [a]ut praedicatum et subiectum, aut dispositio partis vel adiunctum parti principali. Si primo <modo>, erit secundum non causam ut causam, in paralogismis enim secundum non causam ut causam necesse est non causam esse coniunctam³ impossibili concludendo vel conclusioni. Al*<i>a <est>* identitas in paralogismis secundum plures interrogaciones ut unam, et creditur quod interrogatio sit una propter communicationem quam habent plures interrogaciones cum⁴ una in materia, idem enim est modus interrogandi cum est interrogatio una et cum plures, ut patet cum dicitur ‘curritne Socrates currente Socrate et Platone?’.

Secundum hoc ergo ordo potest patere, quoniam prior est identitas termini cum termino quam propositionis cum propositione, et etiam maior, quia praedicatur unus /49rA/ [unus] terminus et est de altero, quod non contingit in propositionibus, et propter hoc magis facit latere identitas termini cum termino quam propositionis cum propositione. Item, identitas unius termini cum eodem magis facit latere quam identitas unius cum altero, quia maior est identitas. Item, identitas duorum terminorum quorum

¹ non] modo **P**.

² communicabunt] communicab' **P**.

³ coniunctam] coniunctum **P**.

⁴ cum] ut **P**.

unus est de altero maior, et facit magis latere, quam identitas duorum terminorum de quibus est tertium.

Et ita patet quod primo habent ordinari paralogismi secundum accidens et secundum quid et simpliciter et secundum ignorantiam elenchi, quia priores qui magis latere [[possunt]] faciunt vel apparere. Item, paralogismi secundum accidens erunt priores paralogismis secundum quid et simpliciter, et illi priores paralogismis secundum ignorantiam elenchi. Item, identitas propositionis cum propositione maior est et prior quam identitas duarum propositionum in alio tertio, et ita magis latere facit et apparere, et ideo paralogismi secundum consequens et paralogismi secundum quod est petere in principio praeordinandi sunt aliis. Item, maior est identitas et magis latere facit quae est duarum propositionum quarum infert altera^{<m>} utraque et infertur ex altera quam identitas duarum quarum una infert alteram solum et non infertur ex alia, et ita petitio eius quod est in principio praeordinari debet consequenti. Item, prior et maior est identitas duarum propositionum in subiecto vel praedicato quam in dispositionibus sequentibus subiectum vel praedicatum sive partes principales propositionis, et propter hoc praeordinatur locus secundum non causam ut causam loco secundum plures interrogations ut unam. Et sic patet ordo locorum.

Sed nunc obicitur ex ordine modi arguendi secundum consequens ad modum arguendi secundum petitionem principii, quia prius hic enumerat consequens et prius exequitur de petitione eius quod est in principio.¹

Et ad hoc dicendum quia modi arguendi secundum consequens et secundum petitionem eius quod est in principio possunt dupliciter ordinari: aut secundum identitatem secundum quam movent, aut secundum istas intentiones ‘antecedens’ et ‘consequens’. Paralogismi secundum consequens et secundum petitionem principii sunt latentes vel apparentes quia

¹ *Enumeratio*: Arist., SE 4.166b24-26: “quarta vero secundum consequens, quinta autem secundum quod in principio est sumere”. *Executio*: *petitio* 5.167a36-39, *consequens* 5.167b1-20

consequens appareat antecedens, et quod est in principio appareat¹ <non> principium. Quantum ergo ad istas intentiones est prius modus arguendi secundum consequens quam modus arguendi secundum petitionem principii, quia omne principium² est antecedens et non econverso; item omne quod est post<er>ius est consequens et non econverso. Et sic ordinantur hic in enuntiatione.

→ 13.-15. Ad aliud quod quaeritur, quomodo hic accipiatur accidens,³ dicimus quod hoc nomen ‘accidens’ multipliciter dicitur. Uno enim modo sumitur accidens prout est praedicatum, et ita sumitur in Topicis⁴ in hac consideratione “Inspiciendum est definitionem eius cui accidit”. Aliter autem sumitur in quantum opponitur substantiae. Aliter autem sumitur accidens prout est praedicabile,⁵ et sic opponitur generi et definitioni et proprio, et secundum hoc definitur accidens⁶ “quod⁷ contingit uni et eidem inesse et non inesse”.

Sed quia illi modi sunt impertinentes ad propositum, dividimus⁸ accidens prout est ad propositum. Dicimus ergo quod accidens prout est ad propositum opponitur ei quod est ex necessitate et de necessitate inest. Et hoc patet per reductionem paralogismorum secundum accidens ad elenchi ignorantiam; reducitur enim in eo quod ex necessitate. Dicimus ergo quod duplex est necessitas: in praedicando et consequendo; quaedam praedicantur ex necessitate, quaedam consequuntur de necessitate; et secundum hoc duplex est per se, et secundum hoc accidens erit dupliciter, in praedicando et consequendo. Et hoc duplex accidens determinatur ab Aristotele

¹ appareat] apparere P.

² principium] p^m P.

³ accidens] antecedens P.

⁴ *Locum non inveni.*

⁵ praedicabile] praedicatum P.

⁶ Porph., *Intr.* 13.3-4: “Definitur autem sic quoque: «accidens est quod contingit eidem esse et non esse».”

⁷ quod] quid P.

⁸ dividimus] an definimus scribendum?

in libro Posteriorum. In hoc enim¹ capitulo <I.4> PER SE VERO etc. posito² primo modo dicendi³ per se dicit⁴ “quaecumque neutraliter insunt accidentia sunt, ut musicum et album animali”, et illud accidens est in praedicando; in capitulo eodem, posito exemplo quarti⁵ modi dicendi dicit⁶ “quod autem non est propter ipsum est accidens, ut quod ambulante⁷ coruscavit accidens est” – in consequendo et non in praedicando, quia non co<m>para<n>tur ambulatio et coruscatio ad invicem sicut subiectum et praedicatum, sed sicut antecedens et consequens.

Et sic manifestum est quia in praedicto capitulo accipitur accidens duplíciter: primo prout opponitur necessitati in consequendo, secundo prout opponitur necessitati in [[c]] praedicando. Et secundum ultimum modum dicimus quod hic accipitur accidens, cum dicitur quod locus secundum accidens est unus locus sophisticus, et opponitur hic accidens necessitati in consequendo et ei per se quod est in consequendo, est enim in se sive propter ipsum in consequendo sicut necessitas; quod patet ex hoc quod dicitur in quarto modo dicendi per se quod “non propter ipsum est accidens ut si ambulante coruscavit”, et manifestum est quia [aut] ‘propter ipsum’ dicitur in consequendo, quare eius oppositum⁸ ‘non propter ipsum’.

Item dicimus quia in paralogismo secundum accidens est identitas in parte motivum principium, et propter identitatem ibi⁹ creditur identitas

¹ enim] autem **P.**

² posito] pōō **P.**

³ dicendi] dividendi **P**; item *infra*.

⁴ Arist., *APo*. I.4.73b4-5, trl. Iacobi: “quecumque vero neutraliter insunt, accidentia sunt, ut musicum aut album animali.”

⁵ quarti modi] IIII modo **P.**

⁶ Arist., *APo*. I.4.73b10-13, trl. Iacobi: “Item alio modo quod quidem propter ipsum inest unicuique per se, quod vero non propter ipsum accidens est, ut si ambulante coruscavit, accidens est; non enim propter id quod ambulat coruscavit, sed quod accidens, dicimus hoc.”

⁷ ambulante] ambulavit **P.**

⁸ oppositum] *potius* appositum **P.**

⁹ ibi] in **P.**

simpliciter, sed illa identitas non est medii ad ultimum neque medii ad primum, sed [m] medii ad medium iteratum. Dicimus ergo quod in syllogismo non sunt idem simpliciter [[et]] medium et primum, nec medium et postremum, sed cum medium sumatur bis in[de] syllogismo,¹ [et] iteratur² prout est idem simpliciter secundum rem et secundum nomen, et quando³ non iteratur prout est idem⁴ penitus non est syllogismus, et propter hoc non est syllogismus quando sic dicitur ‘homo est species, Socrates est homo, ergo Socrates est species’, quia ‘homo’ non iteratur prout est idem penitus. Quia tamen idem in parte est, creditur quod sit idem penitus sive simpliciter, unde identitas medii ad extrema in syllogismo est identitas cum diversitate et non identitas penitus, identitas enim quae est medii ad medium iteratum est identitas <penitus>.

→ 16. Ad aliud⁵ dicendum quia dupliciter est accipere istam propositionem ‘Coriscus est alter ab homine’, quia potest notari alteritas ab homine, ut <non> humanitas, vel potest notari alteritas respectu suppositi⁶ sub homine, et primo modo haec est impossibilis ‘Coriscus est alter ab homine’, et sic est conclusio sophistici syllogismi; alio modo est vera et est sensus “Socrates est alter ab homine aliquo, qui est homo”, et sumitur sicut principium.⁷

Et secundum hoc videtur esse paralogismus secundum dictionem, quia haec est duplex ‘Coriscus est alter ab homine’, cum sit uno modo vera, alio modo falsa.

Ad quod dicendum quia id non facit multiplicitatem, quoniam est falsa quando notatur alteritas respectu hominis, non secundum se sed respectu alicuius quod accidit compositioni, et ita vera est secundum accidentis, falsa

¹ syllogismo] syllogismum **P.**

² iteratur] videtur **P.**

³ quando] quia **P.**

⁴ idem] odem *vel sim.* **P a.c.**

⁵ aliud dicendum] /dicendum /aliud **P.**

⁶ suppositi] supradicti **P.**

⁷ principium] p^m **P.**

autem secundum se; sed per se [sed per se] et per accidens non faciunt /49rB/ multiplicitatem, non enim est haec oratio duplex ‘vinum appetitur’, cum sit vera per accidens, falsa autem per se.

→ 17. Ad aliud dicendum quia in hoc paralogismo ‘Socrates est alter a Corisco, Socrates est homo etc.’ non est paralogismus secundum consequens; non enim idem est Socratem esse alterum ab homine et non esse hominem Socratem, quia istam propositionem ‘Coriscum esse alberum ab homine’ contingit duplicitate accipere, secundum se vel per accidens; uno modo vera, alio modo falsa; haec autem ‘Socrates non est homo’ omnino est falsa, Quia ergo haec oratio ‘Socrates est alter ab homine’ est secundum accidens vera, quia non distinguitur per se ab eo quod est secundum accidens, creditur quod sit vera per se.

→ 18. Ad aliud dicendum quod obicitur, quia dicit Socratem esse hominem vel quod <homo inest Socrati> non accidit, immo secundum se inest homo Socrati, dicendum quod accidens sumitur duplicitate: in praedicando vel consequendo, sicut dictum est prius; per hoc quod dicitur ‘accidit’ dicitur accidens in consequendo, accidit enim homo Socrati in consequendo, et hoc intelligitur respectu huius formae ‘alteritas’, quia hoc non accidit simpliciter Socrati in consequendo.

<4.166b21> Eorum vero qui¹ extra dictionem sunt etc. Ita dictum est de redargutionibus quae sunt ex locis secundum dictionem, sed eorum quae sunt extra dictionem sunt septem species:

<4.166b22> una quidem quae est secundum accidens, et melius ‘secundum accidens’ quam ‘per accidens’, ‘secundum’ enim dicit causam communem, ‘per’ vero dicit causam propriam, quia accidens secundum quod hic determinatur non opponitur solum causae proprie sed etiam causae communiter dictae; propter hoc dicitur ‘secundum accidens’ et non ‘per accidens’.

¹ qui] quae P.

<4.166b22> secunda vero in eo quod simpliciter: et secunda dicitur ‘in eo quod aliquid est simpliciter vel non simpliciter’, i.e. secundum perfectam eius rationem, et propter hoc subiungit sed¹ quo aut ubi aut quando aut ad aliquid, et dicitur ‘quo’ quantum ad partem substantiae, sicut pars integralis vel subiectiva,² ‘ubi’ quantum ad partem in loco, ‘quando’ quantum ad partem in tempore, ‘ad aliquid’ dicitur quantum ad partem in modo fortasse, ut cum dicitur ‘hoc est sanum huic, ergo hoc est sanum’ per hoc quod dicitur ‘huic’ significatur qualitas et non substantia, non enim dicitur esse sanum huic nisi propter aliquam qualitatem quae est in ipso, sicut frigida vel humida dicuntur esse sana choleris quia cholerici sunt calidi et sicci, et ita cum dico ‘hoc est sanum huic’, ‘huic’ non significat substantiam sed quale, et ita dicit partem in modo. Intelligendum est tamen³ quia ‘pars’ improprie⁴ accipitur in omnibus et non [im]proprie, si enim acciperetur proprie, esset locus dialecticus.

<4.166b24> tertia vero secundum ignorantiam, quarta vero secundum consequens, quinta secundum quod est in principio, i.e. conclusio, petitur enim quod est principium quando sumitur conclusio ad probandum suum principium,⁵ sexta quidem secundum non causam, septima vero secundum plures interrogations.

<5.166b28> ERGO SECUNDUM ACCIDENS etc.

Et notandum quod haec illatio causatur ab eo quod sequitur, sc. ab hoc quando quidlibet⁶ similiter assignatum fuerit rei subiectae et accidenti inesse, et est sensus: quando quidlibet <i.e.> primus terminus assignatum

¹ sed] ex P.

² subiectival] subiectum P.

³ tamen] tantum P.

⁴ improprie] quae proprie P.

⁵ principium] principia P.

⁶ quidlibet] quilibet P, et sic saepius.

fuerit rei subiectae et accidenti i.e. termino¹ accidenti, i.e. medio accepto² secundum accidens, erunt paralogismi secundum accidens. Et ostendit quia haec causa paralogismi, assignato quidlibet inesse similiter rei subiectae et accidenti, dicens nam quia multa accidunt eidem, quia multa accidunt eidem non necesse est illa multa praedicata quae ipsi medio accidentunt inesse omnibus praedicatis de quibus praedicantur haec omnia, i.e. non necesse est [esse] omnia³ illa quae dicuntur de medio inesse omnibus praedicatis, i.e. mediis praedicatis in minori propositione, et de quo praedicantur omnia, i.e. subiecto de quo praedicantur in minori propositione media, et illa⁴ negatio <non> privat copulationem ratione uniuscuiusque partis, sed ratione ultimae solum; ea enim quae accidentunt mediis non necesse est inesse mediis et subiectis, et hoc est quia necesse est inesse subiectis de quibus praedicantur media. Et quod [cum] non sit necesse probat Auctor deducendo ad impossibile: <166b32bis> Nam omnia sic erunt eadem, et si omnia praedicata⁵ quae insunt mediis subiectis de necessitate inerunt de quibus praedicantur, omnia media erunt eadem, et tunc sequeretur de necessitate ‘†quid est substantia, quid est qualitas†, ergo substantia est qualitas’. Similiter potest ostendi unumquodque genus esse idem omni alio.

<5.166b32> Ut si Coriscus est alter ab homine, erit alter a se, ipse enim est homo. Et non est hoc referendum⁶ ad proxime dictum, sed ad hoc quod dicebatur prius, paralogismos secundum accidens esse quando quidlibet fuerit assignatum rei subiectae et accidenti similiter inesse, ut si Coriscus est alter ab homine, i.e. si homo non est Coriscus, ipse a se alter est, i.e. Coriscus non est Coriscus. Et subiungit minorem propositionem dicens est enim homo. Fit ergo sic paralogismus: ‘homo non est Coriscus, Coriscus

¹ termino] tertio P.

² accepto] accepte P.

³ omnia] media P.

⁴ illa] *vel ita P; fortasse expunctum est.*

⁵ praedicata] praedicti P.

⁶ referendum] inferendum P.

est homo, ergo Coriscus non est Coriscus'. Post subiungit aliam particulam dicens <166b33> aut si a Socrate alter, et si Coriscus non est Socrates, Socrates autem [non] est homo, aiunt¹ concessum erit Coriscum esse alterum ab homine in esse hominem eo quod accidit hunc i.e. Socratem esse hominem; et intelligatur hominem non accidere Socrati in praedicando sed prout debet inferri necessitate ex [[q]] ipso, a quo accidit Coriscum esse alterum ab homine. Et fiat ergo sic paralogismus: 'Socates est homo, Coriscus non est Socrates, ergo Coriscus non est homo'. Et notandum quia licet orationes sint inutiles coniugationes,² tamen modo alio possunt esse [[paralogismi]] paralogismi: sunt enim inutiles coniugationes a defectu necessitatis³ qui causatur ex qualitate propositionum et quantitate et ordine earundem; dicuntur autem paralogismi a defectu necessitatis qui⁴ non causatur solum a qualitate et quantitate propositionum et ordine earundem, sed ab habitudine terminorum, quae[dam] habitudo appellatur locus.

<5.166b37> [Secundum.] SECUNDUM AUTEM QUID ET SIMPLICITER etc.

Determinatis paralogismis secundum accidentis [ac] determinat consequenter paralogismos secundum quid et simpliciter. Hoc ergo modo exequitur de hiis: primo ponit rationem universalem secundum quam fiunt paralogismi, deinde determinat facilitatem et difficultatem huiusmodi paralogismorum ostendens in quibus est facile videre et in quibus difficile.

Determinat ergo causam secundum quam fiunt paralogismi dicens quia paralogismi secundum quid et simpliciter fiunt <166b38> quando quod particulariter dicitur simpliciter sumitur.

¹ aiunt] accidit P.

² inutiles coniugationes] inutilis coniugationis P.

³ necessitatis qui causatur] "qui causatur necessitatis" P.

⁴ qui] quae P.

Deinde <167a1> ponit paralogismum concludentem esse simpliciter per esse secundum quid, /49vA/ et formatur sic: <***>¹ ‘quod est non est homo, ergo quod est non est’.

Deinde <167a4> assignat causam defectus in paralogismis, dicens quod non est idem esse quid et simpliciter.

Deinde <167a4> assignat causam motivam, dicens videtur autem eo quod proxima sunt dictione et quia parum differunt esse secundum quid et esse simpliciter, et non esse quid et non esse.

Deinde <167a7> ponit paralogismum concludentem aliquid inesse simpliciter quia est secundum partem materialem vel integra<le>m, et formatur sic paralogismus: ‘Indus, cum sit niger, est albus dentes,² ergo est albus et non albus’. Et similiter potest fieri paralogismus quando utrumque est secundum quid hoc modo: ‘Indus est albus pedes, et non est albus dentes, ergo est albus et non albus’.

Deinde <167a10> determinat Auctor, quia in quibusdam e<s>t facile videre et manifesta est diversitas ipsius quid ad simpliciter, ut est manifestum in praedicto exemplo, †utrum†³ enim manifestum est quod non sequitur ‘est albus dentes, ergo est albus’. Post <167a14> determinat quod in quibusdam non est facile, in hiis in quibus videtur sequi si inest quo et simpliciter in[s]sit, ut si aliquod animal sit dimidium album, dimidium nigrum, cum ergo huiusmodi animal aut⁴ est album aut nigrum, sed non est medium, quia non sunt extrema coloris in medio, ergo aut est album⁵ aut est nigrum; sed non est ratio quare magis sit album quam nigrum et econverso; ergo album aut nigrum; non nigrum, ergo album; quare videtur idem animal esse album et nigrum.

¹ *Excidisse videntur fere haec:* ‘quod non est, opinabile est, ergo quod non est est’. Deinde ponit paralogismum concludentem non esse simpliciter per non esse secundum quid, et formatur sic:

² dentes] dicens **P**.

³ utrum] *vel fortasse utrumque P*.

⁴ aut] *9τ̄, i.e. con()ter P*.

⁵ album] *albam P*.

Ordo istius partis ad praecedentem et sequentem patet ex iam dictis, et ordo patet similiter quia prius est determinare rationem universalem secundum quam fiunt paralogismi, deinde ponere¹ paralogismos, tertio facilitatem et difficultatem.

1. Sed dubitatur quare,² cum dicatur in aliis <5.167b21> “qui fiunt secundum non causam ut causam” et non ‘secundum causam et causam’ <non³ dicitur ‘secundum quid ut simpliciter’>?

2. Item, cum dicatur ‘secundum plures interrogations ut unam’ et non ‘secundum plures et unam’, similiter deberet hic dici ‘qui fiunt secundum quid ut⁴ simpliciter’ et non ‘secundum quid et similiter’.

3. Illud etiam videtur quia [[secundum quid]] [quia] ibi paralogismi fiunt <166b38> “quando <quod> particulariter dicitur⁵ [quo] ut simpliciter sumitur”, et ita videtur <quod deberet dici> ‘secundum quid ut simpliciter’.

4. Item, dicit Auctor quia ibi paralogismi fiunt secundum quod <166b37> “hoc dicitur simpliciter aut quo et non proprie”, et ita ‘non proprie’ copulatur cum hoc quod dicit ‘quo’[[t]], et ita non idem dici<tur> ‘quo’ et ‘non proprie’, vel non omne⁶ quod dicitur ‘quo’ etiam⁷ ‘non proprie’, quare aliquid dicitur ‘quo et non proprie’, et aliud dicitur ‘quo et proprie’. Quaeritur ergo quid ‘quo et proprie’ et quid dicitur ‘quo et non proprie’.

5. Item, paralogismi secundum quid et simpliciter fiunt ex eo quod pars sumitur improprie, si enim sumeretur proprie esset locus dialecticus et non paralogismus. Sed similiter videtur quod iuxta alias locos essent sumendi

¹ ponere] ponit **P**.

² quare] quoniam **P**.

³ <non – simpliciter> *exempli gratia supplevi*.

⁴ ut] et **P**.

⁵ dicitur] sumitur **P**.

⁶ omne] esse **P**.

⁷ etiam] tamen **P**.

loci sophistici sicut iuxta locum a parte. Sicut enim contingit sophisticus sumere partem, sic definitum et definitionem, et genus et speciem, causam et causatum, et sic de aliis; et ita secundum unumquemque locum dialecticum sumetur locus sophisticus sicut iuxta locum a parte.

6. Item, sicut contingit sumere partem improprie, similiter¹ et totum; et ita, sicut habetur locus sophisticus secundum improprietatem partis, similiter debet esse locus sophisticus secundum improprietatem totius.

Dicet fortasse aliquis hoc esse verum, et est argumentum sophisticum a toto ad partem secundum quid et simpliciter sicut a parte ad totum. Sed hoc videtur esse contra proprietatem quam ponit in Littera; dicit enim quod fiunt paralogismi <166b38> “ex eo quod hoc quod particulariter dicitur ut simpliciter dictum sumitur”, et ita semper <fiunt> paralogismi a parte ad totum, aut illa ratio non est universalis.

7. Item, si paralogismi qui fiunt secundum quid et simpliciter fiunt ex eo quod sumitur pars improprie, cum sint multa genera partium, quaeritur utrum[que] paralogismi secundum quid et simpliciter fiant secundum unamquamque partem aut secundam quandam. Si dicatur quod secundum quandam et non secundum omnes, quaeritur <quare> magis est secundum quasdam quam secundum alias. Videtur enim quod una pars accipi possit improprie sicut et alia, et ita si secundum <unam> est locus sophisticus, et <secundum> qua<m>libet eodem modo. Si autem dicatur quod secundum quamlibet, cum multa sint genera partium, erunt multa genera impropriatum² uniuscuiusque partis.

8. Item, <cum> secundum locum a parte in modo et tempore possit esse locus dialecticus et sophisticus secundum alium modum, quaeritur propter quid non contingit similiter secundum locum a specie et secundum locum a parte subiectiva.

¹ similiter] syllogismi P.

² impropriatum] fortasse impropriatis scribendum, sed compendium in τ̄ desinens potius -tum quam -tis indicat.

9. Item, dicitur quod paralogismus secundum quid et simpliciter est quando quod inest secundum partem integralem assignatur simpliciter inesse, ut si dicatur ‘est albus secundum pedem, ergo est albus’. Sed videtur esse instantia: sequitur ‘si ille est crispus¹ caput, ergo est crispus [caput]’, et ita <non> videtur esse locus [[sophisticus]] sophisticus ex eo quod illud quod assignatur parti integrali assignatur toti.

10. Item, quaeritur utrum secundum quid et simpliciter sit unus locus sophisticus. Cum enim contingat decipi cum arguitur quo inesse simpliciter, econverso potest esse similiter; quare videtur quod non possit esse unus locus sophisticus, sicut non² est unus locus quando fit processus a divisa ad compositam vel econverso, et ita erunt duo loci sicut compositio et divisio.

11. Item, quaeritur utrum locus sophisticus secundum quid et simpliciter sophisticet³ syllogismum tantum aut contradictionem tantum aut utrumque. Et non videtur quia contradictio est †ante†,⁴ quia in exemplis quae ponit sophisticatur⁵ syllogismus sive illatio et non contradictio, non enim est contradictio.

12. Item, dicebat Auctor prius <166b21> quoniam species paralogismorum extra dictionem sunt septem, et ita quid et simpliciter faciunt paralogismum, et ita impediunt syllogismum, et ita locus secundum quid et simpliciter non solum sophisticat⁶ contradictionem.

¹ crispus – crispus] scrip⁹u[[d]] – [[sf(?)]] scripu⁹ P.

² non] exp. P.

³ sophisticet] so()cet P.

⁴ ante] añ P.

⁵ sophisticatur] sophi()tur P.

⁶ sophisticat] so()cat P.

13. Item, in fine huius capituli <c.6> AUT ERGO SIC DIVIDENDUM¹ dicit Auctor² quia omnes loci incident in ignorantiam elenchi, sed qui secundum dictionem \quia/ est apprens contradicatio, alii autem secundum syllogismi definitionem; et ita, cum sub hoc nomine ‘alii’ contineantur universaliter paralogismi extra dictionem, et ita paralogismi secundum quid et simpliciter, manifestum est quod locus secundum quid et simpliciter sophisticat³ syllogismum et non contradictionem.

14. Item, manifestum est quia non solum sophisticat⁴ syllogismum, quia in hoc capitulo <c.6> AUT ERGO SIC DIVIDENDUM Auctor docet reducere secundum quid et simpliciter ad ignorantiam elenchi propter defectum contradictionis, et non propter defectum syllogismi; et ita videtur quod utrumque sophisticat,⁵ syllogismum et contradictionem.

Si hoc concedatur, contra: contradictio est unius et eiusdem, quare si /49vB/ credatur quod affirmatio et negatio secundum quid opponantur secundum contradictionem, cum dicitur quod secundum⁶ quid et simpliciter sint eadem et quod unum non est aliud ab altero, quare, cum syllogismus sit oratio in qua accedit aliud, creditur quod non sit syllogismus quando †simpliciter arguitur propter quid, et secundum quid inest†, et ita videtur quod non possit sophisticare⁷ syllogismum et contradictionem.

15. Item, omnia enthymemata⁸ reducuntur in syllogismum; ergo omnia sophistica enthymemata reduci [[si n]] habent in syllogismum; educatur

¹ dividendum] d'd' P, quo compendio communiter dicendum significatur.

² Arist., SE 6.169a18-21: “Quare omnes loci cadunt in elenchi ignorantiam; ergo qui sunt secundum dictionem, quoniam apprens contradicatio, quod erat proprium elenchi, alii autem secundum syllogismi diffinitionem.”

³ sophisticat] so()cat P.

⁴ sophisticat] so()cat P.

⁵ sophisticat] so()cat P.

⁶ secundum] quod P.

⁷ sophisticare] so()re P.

⁸ enthymemata] entia P, et eodem modo tam enthymemata quam enthymema in sequentibus scripta sunt.

ergo istud sophisticum enthymema in sophisticum syllogismum ‘Socrates est albus secundum pedem, ergo Socrates est albus’, et non videtur quod possit reduci alio[q] modo <quam> ‘omne album pedem est album, Socrates est albus pedem, ergo Socrates est albus’; sed non est hic paralogismus, <quia> de necessitate accidit conclusio, sed maior propositio est falsa. Et ita videtur quod locus secundum quid et simpliciter non sophisticet¹ syllogismum.

16. Item, si sophisticet² <syllogismum> et contradictionem, quaeritur propter quid determinatur compositio in quantum sophisticat syllogismum et reductio in quantum sophisticat contradictionem. Cum non sit [[contradictio]] \reductio³ nisi eorum quorum est compositio, videtur quod si reducuntur per defectum contradictionis, quod similiter deberet determinari eorum compositio, cum a contradictione deficiant.

17. Item, de hoc quod dicit <167a4> quod quid et simpliciter non videntur differre eo quod proxima sunt dictione, quare proprietas dictionis movet; sed locus qui movet secundum dictionem aut secundum aliquam dispositionem dictionis est locus secundum dictionem; quare locus secundum quid et simpliciter est locus secundum dictionem.

18. Item, in hoc paralogismo <167a3> ‘[[non]] non est homo, ergo non est’ fallimur eo quod credimus consequentiam converti quae non convertitur, et est ibi paralogismus ab inferiori ad superius negando, quare est paralogismus secundum consequens; non ergo secundum quid et simpliciter.

19. Item, quaeritur propter quid [ad] facultatem et difficultatem assignet in huiusmodi orationibus quae fiunt secundum quid et simpliciter, et non in orationibus quae fiunt secundum locos alios, cum in eis contingat quasdam faciles, quasdam difficiles.

¹ sophisticet] so()cet **P**.

² sophisticet – sophisticat – sophisticat] so()cet – so()cat – so()cat **P**.

³ reductio] *lectio parum certa, nam non clare videtur verbum quod in intima margine scriptum est.*

20. Item, †ad ostendere† docet quoniam sic est et quoniam sic non est per affirmationem secundum quid et per negationem secundum quid, et ita infertur contradicio ex dupli*c*i ‘quid’; secundum id contingit <fieri> paralogismos secundum ignorantiam elenchi, et ita videtur quod ibi non sit paralogismus secundum quid et simpliciter.

→ I.-3. Ad primum dicendum quod isti paralogismi dicuntur esse secundum quid et simpliciter, et non secundum quid ut simpliciter, et hoc est quia locus sophisticus secundum quid et simpliciter aut sophisticat¹ syllogismum aut contradictionem; et cum sophisticat syllogismum accipitur in altera propositione medium secundum quid, in altera simpliciter, ut est in hoc paralogismo ‘omne visus² disgregativum est album, sed Socrates est visus³ disgregativus secundum pedem, ergo Socrates est albus’. Similiter cum sophisticat contradictionem in altera propositione alter terminorum sumitur secundum quid et alter simpliciter.

Sciendum ergo quod non est paralogismus [quia] si sumatur per accidens cum eo quod est per se, sed quia sumitur per accidens sicut [ut] esset per se. Similiter in paralogismis secundum plures interrogationes ut unam accipitur propositio plures et ut una, unde in aliis ponitur illud quod induit figuram ipsius⁴ simpliciter solum et non illud a quo deficit, sed in paralogismis secundum quid [[et sc]] et simpliciter non solum ponitur illud quod induit [illius] figuram ipsius⁵ simpliciter, sed ipsum simpliciter ponitur cum ipso quid, et propter hoc dicitur ‘secundum quid et simpliciter’ et non ‘secundum quid ut simpliciter’, quia utrumque accipitur, sed in aliis alterum solum ponitur, illud sc. quod induit figuram alterius. Et propter hoc dicitur in aliis “qui fiunt secundum non causam ut causam” et “qui

¹ sophisticat] so()cat **P**; *et sic in sequentibus*.

² visus] album **P**.

³ visus] co⁹ **P**.

⁴ ipsius] ip(er)ius **P**.

⁵ ipsius] n⁹ *vel sim.* **P**.

fiunt secundum plures interrogaciones <ut unam>”. Tamen, licet utrumque ponatur, et quid et simpliciter, quia tamen oportet quod ipsum quid appareat simpliciter, aliter enim non [[ponitur]] fallitur, propter hoc dicit consequenter <166b38> “quia¹ quod particulariter dicitur ut simpliciter dictum sumitur”.

→ 4. Ad aliud dicendum quod quandoque² aliquid sumitur particulariter et [non]³ proprie, quandoque aliquid particulariter et non proprie. Verbi gratia, quando<que> enim pars integralis [vel] totum particulariter infert simpliciter, ut cum dicitur ‘est crispus caput, ergo est crispus’, vel sic: ‘est simus⁴ nasum, ergo est simus’, quandoque autem pars integralis non⁵ infert suum totum necessario⁶ vel probabiliter solum, sed appetit, ut cum dicitur ‘est albus dentes, ergo est albus’. Similiter est in parte in modo et in parte in tempore, [[vel]] quia quandoque vel probabiliter vel necessario infert suum simplex quod particulariter dicitur, et tunc debet sumi proprie quod particulariter dicitur, alio modo improprie, ut in praedicto exemplo ‘Socrates est albus dentes, ergo est albus’.

→ 5. Ad aliud dicendum quia improprietas non contingit cuilibet⁷ parti, est enim duplex pars: <est pars> in qua est totum essentia et non nominatione, et est altera pars in qua est totum essentia et nominatione, sicut ille terminus ‘Socrates’ est pars animalis essentia et non nominatione, et ille ‘quidam homo’ est pars hominis essentia et nominatione. Dicimus ergo quod pars [im]proprie sumpta non est nisi cum manet totum nominatione in parte, unde non est hoc respectu cuiuslibet partis, sed respectu partis in qua manet totum essentia et nominatione, unde omnis pars proprie sumpta habet aliquo modo de se multitudinem sive copulationem in qua

¹ quia] quando *Aristoteles*; *quod fortasse et hic pro quia scribere praestat*.

² quandoque aliquid] aliquando\quod/ **P**.

³ non] *seclusit Hansen*.

⁴ simus – simus] scimus – scimus **P**.

⁵ non] nunc **P**.

⁶ necessario vel probabiliter] necesse vel probabile **P**.

⁷ cuilibet] qualibet **P**.

est totum ut alterum additum quod differentiam facit ratione totius, nec est idem improprietas partis secundum deminutionem¹ totius et per aliquod additum toti. Et quia ad aliquid trahit ipsum in minus et in parte, manifestum est quod improprietas praedicta non est nisi in parte et non in aliis locis, si enim esset in aliis, cum haec <im>proprietas non sit solum per negationem partis vel privationem, sed per deminutionem² totius, si esset in aliis haec improprietas vel †consisis† esset per deminutionem alicuius et illa deminutio fieret per aliquid additum alteri, sicut cause vel definito et sic de aliis; sed additio facta ad causam vel definitum et sic de aliis trahit haec in partem, et ita in partem proprie sumptam vel non proprie; /50rA/ quare manifestum quod solum [[in]] secundum improprietatem partis debet esse locus sophisticus, quia non potest esse similis improprietas³ in aliis sicut in parte.

→ 6. Ad aliud dicendum quoniam contingit esse locum sophisticum ex improprietate totius. Cum enim fallimur secundum quid et simpliciter non solum oportet ibi esse duo quorum alterum sit quid, alterum simpliciter, sed ultra exigitur quod id quod est quid accipiat figuram eius quod est simpliciter; similiter si esset secundum simpliciter et quid non solum exigeretur quod alterum esset quid et alterum simpliciter, sed quod ipsum indueret simpliciter figuram eius quod est quid; quod non contingit, quia ens completum non accipit figuram entis deminuti, sed magis econverso. Praeterea⁴ in ipso quid remanet aliquo modo nominatione et essentia ipsum simpliciter, ratione cuius ipsum quid induit figuram ipsius simpliciter, licet non sit simpliciter. Sed in eo quod est simpliciter non est ipsum quid essentia et nominatione aliquo modo; propter hoc ipsum simpliciter non induit figuram quid sed econverso, vel si fiat, hoc erit raro. Et ita non habetur locus sophisticus secundum improprietatem vocis, cum praedicta pro-

¹ deminutionem] dimi(um **P**.

² deminutionem] dimi(um **P**.

³ improprietas] improprietati **P a.c.**

⁴ praeterea] p^a **P**.

prietas non sit nisi in parte quae fit per additionem secundum nominationem, et in parte dicta secundum incomplexionem non est huiusmodi proprietas in toto sicut in parte.

→ 7.-8. Ad aliud quod praedicta improprietas potest esse in qualibet parte. Cum enim dicitur ‘homo mortuus’, hic <non> videtur esse improprietas nisi partis subiectivae,¹ quia non est ibi invenire² improprietatem aliam³ partis simpliciter; nec in sophismatibus, ut cum dicitur [[ee]] ‘ego dico falsum’. Et ita nulla praedicta quaestio, quia similiter contingit in una propositione sicut in aliis.

Sed ego non opinor quod fiat syllogismus secundum improprietatem par<tis> subiectivae aut partis in quantitate, licet fiat secundum improprietatem aliarum partium. Et hoc est quia adverbia significantia tempus aut actum aut locum dupliciter se habent: sicut disponentes actum et sicut causae actus vel corruptio⁴ actus, sicut postea erit patens. Dicimus ergo quoniam haec relata⁵ ad actum sicut dispositio actus trahunt actum in partem simpliciter, et non actum solum sed alia praedicata accidentalia. Sed differentiae quae faciunt speciem vel partem subiectivam non se habent dupliciter, sed se habent solum uno modo ad universale quod contrahunt, et non faciun<t> nisi unum genus partium secundum partem simpliciter.

→9. Ad aliud dicendum quod quaedam qualitates <sunt> †univoce^{6†} in toto secundum quamlibet partem totius et non sunt determinate in aliqua parte, sicut albedo, et huiusmodi non denominant [[non]] totum, cum secundum totum non insint, quia totum secundum omnem sui partem est natum recipere huiusmodi qualitatem. Sed sunt aliae qualitates quae

¹ subiectivae] s(u)b(e P, id quod communiter substantiae significat.

² invenire] inveniens P.

³ aliam] illam P.

⁴ corruptio] corro P.

⁵ releta] relatā P, id quod potius relativam significat.

⁶ univoce] uni(ce vel uni()te P.

determinant¹ <sibi> aliquam partem totius, ut quando insunt solum toti secundum unam partem et non possunt esse secundum aliam; et huiusmodi qualitates cum insint parti debent totum denominare, et huiusmodi qualitas est crispitudo, non enim inest toti secundum aliquam² partem solum, sed³ secundum partem determinatam, et propter hoc sequitur, si toti inest secundum illam partem, toti inest simpliciter; et propter hoc sequitur ‘Socrates est crispus caput, ergo est crispus’,⁴ et huiusmodi pars non est pars proprie [[sum p'a]] sumpta. Unde non simpliciter inest secundum quid quod secundum partem integra<le>m inest, sed quandocumque qualitas quae secundum partem inest integra<le>m non inest secundum partem determinatam, tunc dicitur secundum quid inesse.

→ 10. Ad aliud patet solutio ex iam dictis, quia non fallimur⁵ procedendo ab eo quod simpliciter dicimus ad id quod dicitur secundum quid, quia simpliciter non induit figuram ipsius quid.

→ 11.-16. Ad aliud dicendum quia locus secundum quid et simpliciter quandoque sophisticat⁶ syllogismum, quandoque contradictionem, et quando sophisticat contradictionem credimus esse eadem aliquid dictum simpliciter et aliquid dictum secundum quid. Similiter quando syllogismum. Sed sciendum est quod illa identitas simpliciter non attenditur ipsius secundum quid ad simpliciter inferens in quantum est alterum vel illatum, unde ista identitas non est medii ad extremum alterum, sed attenditur [sed attenditur] illa identitas medii ad medium iteratum; oportet enim medium iterari in syllogismo, et oportet ipsum esse idem simpliciter, licet medium diversum sit ab utroque extremorum, unde in syllogismo exigitur continu-

¹ denominator] determinant **P**.

² aliquam] alteram **P**.

³ sed] sive **P**.

⁴ crispus] scripud **P**.

⁵ fallimur] fallimus **P**.

⁶ sophisticat] so()cat **P**; *eodem modo infra*.

itas¹ medii ad se ipsum, unde dicitur in libro Priorum:² medium non diversum oportet sumere hoc idem et exigitur diversitas medii a[[i]]d alterum vel utrumque extremorum. Ideo³ dicimus quod fallimur secundum quid et simpliciter quia credimus esse \e/adem quid et simpliciter medium sumptum secundum quid et sumptum simpliciter, sicut in hoc paralogismo ‘omne album est album, Socrates est albus secundum pedem, ergo etc.’ fallimur eo quod credimus [secundum] album et album secundum pedem esse eadem simpliciter, et ita exigitur in medio cum iteratum est in syllogismo; et secundum hoc manifestum est quod locus secundum quid et simpliciter non solum sophisticat contradictionem, sed potest facere apparere contradictionem et syllogismum; †sed† si identitas praedicta attendatur medii ad extremum, †posset esse†, si enim crederetur esse medium idem simpliciter [[cum⁴]] \cum/ altero extremorum, iam⁵ crederetur esse syllogismus, et ex hiis manifestum est quia locus secundum quid et simpliciter non solum sophisticat contradictionem, sed etiam syllogismum, nec tamen oportet alteram propositionem sumi falsam, sed syllogizat ex utraque vera.

Sed dubitabit aliquis quomodo creditur haec consequentia ‘Socrates est albus pedem, ergo est albus’, cum enim [[d]] credantur †tem()ter aliud esse simpliciter sed creduntur esse eadem simpliciter† non creditur unum posse inferre aliud.

Ad quod dicendum quod non sunt eadem simpliciter, sed creduntur esse \e/adem simpliciter, sicut pars est simplicitur totum, unde dicimus quod identitas secundum quid ad simpliciter potest facere credere quod unum sit idem simpliciter cum altero, et potest facere credere identitatem partis simpliciter ad totum simpliciter; si primo <modo> faciat apparere [et]

¹ continuitas] conti()tas **P.**

² *Locum non inveni.*

³ ideo] idem **P.**

⁴ cum **P p.c.] fortasse in P a.c.**

⁵ iam] non **P.**

aliquid \dictum/ secundum quid et simpliciter esse eadem sophisticat contradictionem, si secundo modo illationem quae est in identitate. Potest tamen primo modo sophisticare¹ syllogismum, sed tunc utrumque est secundum quid, et ipsum simpliciter accipietur ad medium, sicut prius dictum est. Dicimus ergo quod eadem et in eodem tempore locus secundum quid et simpliciter non facit credere contradictionem et illationem, et hoc cum quid est inferens simpliciter at illatum, non enim contingit in tempore eodem credere quid et simpliciter esse eadem omnino et credere identitatem partis et totius, quorum alterum creditur cum sophisticatur² illatio, alterum <cum> contradictio.

→ 17. Ad aliud, quod paralogismi secundum quid et simpliciter non sunt paralogismi secundum dictionem, et quod dicitur quod per Aristotelem³ videntur /50rB/ differre eo quod proxima sint dictione, dicendum quod huiusmodi ratio sumitur ab effectu: quando enim est proximitas termini videtur esse proximitas dictionum, et quia in eo quod secundum quid dicitur manet quod simpliciter dicitur essentia et nominatione, propter hoc dicit “videtur eo quod proxima sint dictione”, non tamen proximitas dictionum est motivum principium, quia haec ratio assignatur ab effectu.

→ 18. Ad aliud dicendum quia ‘non’ circa hominem, istud potest intelligi dupliciter: aut in quantum est negatio simpliciter, aut prout est negatio relinquens in genere aliquid. Si tamen accipiatur prout est negatio simpliciter nil relinquens, sic praedicatur de eo quod est et de eo quod non est; si autem sumatur ut est negatio in genere relinquens aliquid, hoc modo non dicitur non esse hominem de Caesare sed de eo quod est homo potentia, non est autem actu homo, sicut dictum est, et hoc modo quod non est homo est homo secundum quid, quia est homo secundum potentiam. Dici-

¹ sophisticare] so()care P.

² sophisticatur] so()tur P.

³ Arist., *SE* 5.167a4-6: “Non enim idem non esse quid et simpliciter non esse; videtur autem eo quod proxima sint dictione et parum differant esse quid et esse, et non esse quid et non esse.”

mus ergo quod accipiendo primo modo non esse hominem non est [homo], ergo non esset paralogismus secundum consequens;¹ sed accipiendo ultimo modo esset paralogismus secundum quid et simpliciter. Et ita patet differentia orationum secundum quid et simpliciter ad orationes secundum consequens.

→ 19. Ad aliud dicendum quia in istis orationibus assignatur facilitas et difficultas, et hoc est propter hoc quod recipit magis et minus; quaedam enim dicitur maior esse alia, quaedam minor alia, et quando inest praedicatum [non] secundum partem quantitatem non habentem, dicitur non latere; quando vero secundum partem magnam quantitatem habentem,² dicitur magis latere. Unde causa istius difficultatis attribuitur magnitudini partium, et quia huiusmodi causa non invenitur in locis aliis, tamen dicimus quia in aliis locis contingit esse idoneitatem maiorem et minorem secundum numerum cui ap[[p]]tatur ratio sumpta.

Sed adhuc dubitatur, cum <sit> argumentatio dialectica a parte in modo et a parte in tempore et a parte in loco, qualiter secundum eandem partem erit argumentatio sophistica.

Ad quod dicendum quod locus et tempus comparantur dupliciter ad actum sicut mensura actus, vel ad praedicatum, quocumque sit praedicatum. Item, locus et tempus se habent ad actum non sicut mensura sed corruptientia vel corruptivum. †Similiter tempus† Si aliquis est frigidae complexionis, tunc locus frigidus non est ei conveniens, quia nimium haberet extollere tam frigiditatem, sed tamen est ei conveniens locus habens contrariam qualitatem, quia contraria temperantur contrariis. Dicimus ergo quod aliquid est sanum in loco uno quod non est sanum in alio, et similiter in tempore uno quod non est sanum in alio tempore, et hoc est propter ipsam complexionem quae inest³ subiectis in quolibet animali, sed sunt quidam melancholici, quidam cholericci, et sic de aliis complexio-

¹ consequens] accidens **P.**

² habentem] habere **P.**

³ inest] non est **P a.c., ut videtur.**

nibus, et propter hoc non est idem sanum omnibus. Prout ergo tempus et locus comparantur primo modo ad actum trahunt totum in partem similiter, et secundum ea fit argumentatio dialectica, sicut patet cum dicitur ‘Socrates currit bene’ hoc adverbium ‘bene’ potest significare bonitatem prout est dispositio actus vel potest significare bonitatem sicut causam vel bonitatem in eo a quo egreditur actus prout ab ipso egreditur; et primo modo est currere bene pars simpliciter ipsius currere, modo autem alio pars secundum quid sive sumpta improprie.

→ 20. Ad aliud dicendum quia quaedam sunt determinaciones quae additae alicui ipsum non deminuunt sed ipsum inferunt, et sunt quaedam quae deminuunt; et primae determinationes non faciunt partem improprie sumptam. Et hoc dicimus quia differt pars secundum quam fiunt paralogismi secundum quid et simpliciter et pars secundum quam fiunt paralogismi secundum ignorantiam elenchi. Cum enim determinatio est addita alicui deminuendo ipsum fit *<pars>* improprie sumpta, et si ex una tali parte vel ex dupli¹ infertur simpliciter esse, est paralogismus secundum quid et simpliciter; si autem addatur determinatio quae non deminuat ipsum cui additur, sicut ‘duplum est latitudine’, si ex dupli tali parte infertur contradictio, erit paralogismus secundum ignorantiam elenchi.

<5.166b37> Quoniam² autem secundum simpliciter hoc aut quo dicitur, i.e. paralogismi secundum quid dicuntur simpliciter aut quo et [et] non proprie; illi, inquam, fiunt <166b38> quando quod sumitur particulariter ut simpliciter dictum sumitur i.e. dictum sicut sine determinatione. Et notandum est quod id quo dicitur ‘improprie³ dici’ †non additur† non est superflue additum⁴ ei quo est dictum ‘quo’. Deinde dicit quod dici

¹ dupli] du^a **P.**

² Quoniam autem secundum] Secundum autem quod *Aristoteles*.

³ improprie dici] Cf. Arist., *SE* 5.166b37-167a1: “Secundum autem quod simpliciter hoc aut quo dicitur et non proprie, quando quod particulariter dicitur ut simpliciter dictum sumitur”.

⁴ additum] dictum **P.**

secundum quo est dici secundum partem; sed dici secundum partem dicitur dupliciter, quia pars potest sumi proprie vel improprie, et dici secundum partem proprie sumptam non facit paralogismum, et ideo additur ‘non proprie’ ei quod dicitur quo, ut pars coartetur ad partem improprie sumptam. <167a1> ut si quod non est opinabile est, quia¹ quod non est <est> i.e. ut si propter hoc quod id quod est opinabile sumitur quando non est quod particulariter dicitur ut dictum simpliciter, et sic fit paralogismus: ‘aliquid non est [opinabile], et est opinabile, ergo quod non est est’. Deinde assignat causam huius propter quam non sequitur dicens <167a2> non enim idem est esse quid et esse simpliciter, i.e. non est idem particulariter inesse et simpliciter inesse. <167a<2>> Aut rursum quia quod <est> non est, si eorum quae sunt quid non est, et si sumatur quia quod est non est si aliqua pars entis non est, <167a3> ut si non est homo <167a38> sumitur ut simpliciter dictum quod particulariter dicitur. Deinde probat quia non est necesse, dicens non enim idem est non esse simpliciter et non² esse secundum quid, et subiungit ca<usa>m dicens <167a4> videtur tamen³ eo quod proxima sunt dictione et videtur esse idem eo quod proxima sunt in dicendo, quia unum in altero dicitur et unum in altero intelligitur, simpliciter enim in eo quod quid intelligitur et dicitur <167a5> et parum differunt esse quid /50vA/ et esse et non esse quid et non esse, i.e. esse quid et esse, et non esse quid et non esse, videntur autem esse eadem quia parum differunt. <167a7> Similiter autem secundum quid et simpliciter, i.e. paralogismi fiunt secundum quid et simpliciter <167a7> ut si Indus, cum sit albus, est niger dentibus, albus ergo et <non> albus i.e. si Indus eo quod existens niger albus est dentibus sumatur⁴ ‘ergo est albus et non est albus’, fiunt paralogismi secundum quid et simpliciter. <16a79> aut si

¹ quia] quoniam *Aristoteles*.

² non esse] inesse **P.**

³ tamen] autem *Aristoteles*.

⁴ sumatur] fāt(ur) **P.**

ambo quo, quia¹ contraria inerunt simul, i.e. si eo quod quo insunt ambo sumuntur, contraria inerunt simul, fiunt secundum quid et simpliciter; sed quia id non est omnibus facile aequa et difficile Auctor determinat in quibus est facile et in quibus est difficile, dicens <167a10> Huiusmodi quidem in quibusdam omni² facile est considerare utrum sc. id quod inest quo insit simpliciter, <167a11> ut si sumens³ Aethiopem esse nigrum dentibus dicat⁴ quia est albus omni⁵ hoc facile est considerare etc. <167a12> si ergo ibi albus, i.e. si est albus dentibus, cum sit niger, quia⁶ niger et non niger putabitur disputare⁷ syllogistice, i.e. syllogizare, cum perfecerit interrogationem, i.e. conclusionem syllogizaverit. <167a14> In quibusdam vero latet frequenter. Et ita est continuandum: Ita dictum est quod in quibusdam est facile considerare, sed latet in quibusdam frequenter in quibus quando quo dicitur, i.e. [[intelligitur]] in illis [[quod in quibusdam est facile considerare]] quando quo dicitur particulariter et simpliciter videtur sequi, i.e. videtur sequi quod simpliciter dicatur vel sequatur et in quibus non est facile considerare utrum proprie eorum sit assignandum, i.e. quod contrariorum sit assignandum simpliciter. <167a16> Fit autem huiusmodi in quibus non est facile considerare, sicut⁸ in illis in quibus similiter sunt opposita, i.e. intelligitur in quibus utrumque oppositorum est aequaliter; videtur autem⁹ aut neutrum aut ambo esse concedendum simpliciter, i.e. videtur aut concedendum simpliciter utrumque inesse aut neutrum. Et subiungit exemplum, dicens <167a19> ut si dimidium album,

¹ quia] quoniam *Aristoteles*.

² omni *Aristoteles*] enim **P.**

³ sumens Aethiopem *Aristoteles*] sumas etiopum **P.**

⁴ dicat quia] dicat quoniam *Aristoteles*; aut quia **P.**

⁵ omni hoc] in hoc **P.**

⁶ quia] quoniam *Aristoteles*.

⁷ disputare] disputasse *Aristoteles*.

⁸ sicut] sunt **P.**

⁹ autem] enim *Aristoteles*.

dimidium vero nigrum, i.e. si corpus sit in medietate album, utrumque¹, aut album aut nigrum.

<5.167a21> QUI AUTEM SECUNDUM QUOD NON DETERMINATUR QUID EST SYLLOGISMUS

Determinatis paralogismis secundum quid et simpliciter Auctor consequenter determinat paralogismos secundum elenchi ignorantiam. Et dividitur praesens lectio in tres partes: in prima parte Auctor determinat communem rationem secundum elenchi ignorantiam; in secunda parte ponit Auctor speciales rationes, et, quia illae² multiplicantur secundum partes definitiones elenchi, Auctor ponit [[d()tim]] definitionem elenchi; deinde in ultima parte dicit quod aliquis trahet hunc locum in eos \qui/ secundum dictionem.

Circa primam partem procedit in hunc modum, dicens quia paralogismi qui fiunt ex eo quod non determinate accipitur³ syllogismi definitio vel elenchi fiunt secundum deminutionem rationis elenchi, et hoc est secundum deminutionem vel defectum alicuius differentiae⁴ positae in syllogismi definitione vel elenchi.

Deinde <167a23> ponit Auctor definitionem elenchi, ut habeatur manifestatio qualiter fiunt paralogismi secundum deminutionem rationis, et ut habeatur multitudo paralogismorum secundum elenchi ignorantiam. Et quia in elenco sunt duo, syllogismus et contradictio, ponit Auctor quasdam differentias communes⁵ syllogismo et contradictioni, et illae ponuntur primo, secundo ponit qua<s>dam differentias proprias syllogismi, tertio differentias proprias contradictioni<s>.

¹ utrumque – nigrum] utrum album vel nigrum *Aristoteles*.

² illae multiplicantur] ibi multiplicatur **P**.

³ accipitur] aceditur **P**.

⁴ differentiae] definitionis **P**.

⁵ communes] convenientes **P**.

Definit ergo elenchum hoc modo: <167a23> “Elenchus est contradic^{tio} unius et eiusdem, non rei solum, sed rei et nominis, non synonymi, sed eiusdem, ex hiis quae data sunt, ex necessitate, non connumerato quod erat in principio, secundum idem et ad idem, in eodem tempore et simili^{ter}.” Et est illa differentia ‘unius et eiusdem non solum rei sed rei et nominis non synonymi sed eiusdem’ syllogismi et contradictionis sive consequens propositionem communiter prout est principium syllogismi et contradictionis; haec autem ‘ex hiis quae data sunt etc.’ est propria syllogismi; haec autem ‘secundum idem et ad idem etc.’ est propria contradictionis.

Deinde Auctor ponit quia secundum omnes istas differentias contingit esse defectum in elencho et esse elenchum app<ar>entem, et hoc significatur †illo secundum inesse† <167a27> Eodem autem modo et mentiri etc. Et assignat causam, quia omittentes¹ aliquid horum videntur arguere cum non arguant.

Deinde <167a29> docet compositionem paralogismorum specialium per defectum ultimarum differentiarum, quae sunt propriae contradictionis, sicut illae differentiae ‘secundum idem et ad idem etc.’. Primo ergo docet paralogismum secundum idem, et est talis paralogismus: ‘duo sunt duplum unius, non sunt autem duplum trium, ergo sunt duplum et non duplum’. Deinde ponit paralogismum secundum defectum istius differentiae ‘ad idem’, et est paralogismus talis: ‘hoc est duplum huius secundum latitudinem, non autem secundum longitudinem, ergo est duplum et non est duplum huius et non huius. Deinde dicit quod potest fieri paralogismus si est /50vB/ ad idem et secundum idem, similiter, sed² non simul. Et potest formari sic paralogismus: Socrates currit in A et non currit in B, ergo currit et non currit’.

Deinde exequitur tertiam partem dicens <167a35> quia aliquis trahet hunc locum in eos qui sunt secundum dictionem etc., quia contradictio est

¹ omittentes] cim(tas P.

² sed] sc. P.

unius et eiusdem, non solum rei sed rei et nominis, non synonymi sed eiusdem, unde erit elenches apparet, sc. quando res una apparet secundum nominis unitatem, et ita, cum paralogismi secundum ignorantiam elenchi fiunt secundum defectus elenchi, fiunt secundum defectum istius partis ‘unius rei’. Hoc autem non contingit nisi per dispositionem dictionis, et propter hoc trahet aliquis hunc locum in locos qui sunt secundum dictionem.

Ordo satis manifestus est. Item patet ordo differentiarum positarum in elenchi definitione, quia prius est commune syllogismo et contradictioni quam quod est proprium alterius illorum; et quia prius est genus quam differentia, cum syllogismus sit genus, contradictio differentia, priores sunt differentiae quae sunt propriae syllogismi quam quae contradictionis.

1. Sed hic obicitur de hoc quod dicit <167a21> paralogismos secundum ignorantiam elenchi fieri ex eo quod non determinatur quid est syllogismus aut elenches; ergo omnes fiunt secundum ignorantiam elenchi; ergo huiusmodi locus non est specialis sed generalis ad omnes.

2. Item, dicit Auctor <167a28> quoniam quid^{<am>} omittentes aliquid horum vide^{<n>}tur arguere, cum tamen non arguant, quare vide^{<n>}tur deficere,¹ quia paralogismi praedicti fiunt secundum defectum uniuscuiusque partis definitionis elenchi, et ita cum necesse sit similiter fieri causam paralogismorum, videtur quod omnis paralogismus sit secundum elenchi ignorantiam.

3. Item, cum paralogismi secundum elenchi ignorantiam fiant secundum defectum vel omissionem rationis elenchi, aut fiunt secundum omissionem omnium partium aut quarundam elenchi; si dicatur quod <non> fiant secundum omissionem omnium partium elenchi, sed² quorundam, sc. secundum defectum harum differentiarum ‘secundum idem et ad idem etc.’ (et hoc videtur, quia docet compositionem paralogismorum se-

¹ deficere] differre **P.**

² sed] aut **P.**

cundum elenchi ignorantiam secundum deminutionem harum [[partium]] differentiarum et non secundum deminutionem [h]aliarum partium), in contrarium est quod dicit “qui autem fiunt secundum quod non determinatur quid est elenches vel syllogismus”. Cum enim determinetur causa paralogismorum qui fiunt secundum istum locum specialiter dicit illos fieri ex eo quod non determinatur quid est elenches vel syllogismus, et ita non fiunt secundum defectum contradictionis sed syllogismi, et si dicatur <***>, tunc erit quaestio qualiter erit unus locus; cum enim aliquando deficiat a syllogismo, aliquando a contradictione, non videtur esse unus locus sophisticus a parte defectus; item nec a parte motivi principii, quia non possunt latere sub aliquo uno omnes illi defectus; et ita non videtur esse unus locus sophisticus.

4. Item, si deficiat ab omnibus istis differentiis, ergo deficit ab hac differentia ‘unius rei’, et ita secundum illum¹ locum apparebit res una, cum non sit una; hoc autem non videtur nisi secundum unitatem dictionis; quare non erit tantum movens secundum dispositionem rei sed secundum dispositionem dictionis; quare non erit unum motivum; quare nec unus locus sophisticus.

5. Item, dicitur ‘non synonymi sed eiusdem’; <ergo> cum sophisticatur² contradictio secundum hunc locum, aut creditur multitudo rerum propter multitudinem nominum aut econverso; \si/ primo modo, non esset elenches nec apparenſ, sed magis apparet non elenches; si secundo modo, hoc non contingit, quia non est devenire in³ signum a significato, sed econverso, sicut <dictum> est prius in divisione⁴ modorum arguendi in dictione et extra.

6. Item, quaeritur de definitione elenchi <167a23> “elenches est contradictio”. Cum sit quis syllogismus, sicut dicetur post <168b4>,

¹ illum] unum **P**.

² sophisticatur] so()tur **P**.

³ in signum a significato] in signo ad significatum **P**.

⁴ divisione] definitione **P**.

videtur quod elenches per syllogismum debet definiri et non per contradictionem.

7. Item, cum ponatur in definitione elenchi haec differentia syllogismi, sc. ‘ex necessitate’, quaestio est quare non ponatur haec differentia ‘quibusdam’ et haec ‘aliud’ et aliae positae in definitione syllogismi.

8. Item, videtur hic esse nugatio “elenchus est contradictio unius et eiusdem etc.”, quia in ratione contradictionis sunt huiusmodi differentiae ‘unius’ et ‘eiusdem’. Et patet si definiatur contradictio: contradictio est affirmatio et negatio oppositae, oppositio autem est unius et eiusdem; ergo illae ponuntur in definitione contradictionis, sc.¹ huiusmodi differentiae ‘unius’ et ‘eiusdem’; ergo illae ponuntur in ratione contradictionis; quare sicut nihil est [[actu]] dictu ‘homo est animal sensibile’ quia ‘sensibile’ ponitur in ratione animalis, similiter erit nugatio in definitione praedicta.

9. Item, quaeritur quid addat ‘idem’ positum in definitione illa supra ‘unum’, et utrum pro uno supponat ‘unum et idem’.

10. Post quaeritur propter quid ponat paralogismos secundum ignorantiam elenchi quantum ad istas differentias ‘ad idem’ ‘secundum idem’, et non quantum ad alias differentias.

11. Item, videtur esse² consequens, sc. <167a29> ‘hoc³ est duplum unius, duplum autem non trium, ergo est duplum et non duplum’; sequitur enim haec pars contradictionis ‘hoc est duplum’, sed negative non sequitur, sed sequitur econverso ‘non est duplum, ergo non est duplum ad unum’. Quare videtur esse paralogismus secundum consequens.

12. Item, apparentes syllogismi fiunt secundum particulas veri, unde videtur Auctor in hoc capitulo <c.8> QUONIAM AUTEM HABEMUS †multitudinem post† apparentes elenchos secundum particulas veri /51rA/ [veri] syllogismi, et ita videtur quod sicut unus locus sophisticus habeat defectum unum secundum speciem, et sophisticus secundum ignorantiam

¹ sc.] sunt **P.**

² esse] circa (cc^a) **P.**

³ hoc] hic **P.**

elenchi esset unus sophisticus locus secundum speciem prout deficit a contradictione, videtur quod debeat deficere ab una parte contradictionis, et ita videtur quod non possit esse unus locus sophisticus deficiens ab istis differentiis quattuor ‘ad idem’ et ‘secundum idem’ ‘in tempore eodem’ et ‘similiter’.

13. Item, sicut non <est> hic contradictio ‘Socrates <nunc> non currit’ – ‘Socrates currit in alio tempore’, similiter non est contradictio ‘Socrates non hic est’ – ‘Socrates [non] alibi¹ est’, et ita, sicut in definitione contradictionis ponitur haec differentia ‘in eodem tempore’, sic debet poni haec differentia ‘in eodem loco’, et ita deminuta videtur esse definitio elenchi.

→ I. Ad primum dicendum quod ignorantia a qua denominantur paralogismi speciales divisi contra locos alios non est respectu partis elenchi tantum, non enim determinatur illa ignorantia neque ad partes contradictionis neque ad partes [[sl]] syllogismi, sed indifferenter est haec ignorantia partium syllogismi et contradictionis. Licet enim illa ignorantia sit respectu omnium partium syllogismi et contradictionis, nihilominus dividitur ille paralogismus contra paralogismos alios. Ignorantia partium elenchi potest esse duobus modis: primo vel ex consequenti; et similiter ignorantia elenchi potest esse duobus modis: primo vel ex consequenti. Potest enim ignorari aliqua pars definitionis elenchi, et ita ignoratur² elenchus, sed haec ignorantia elenchi est ex consequenti, et haec ignorantia est communis ad plures paralogismos sive ad omnes, unde ab illa ignorantia non recipit speciem aliquis apparen[s] syllogismus. Aliter ignoratur elenches primo, et ex hoc ignorantur partes elenchi ex consequenti, sicut enim est procedere a partibus ad totum, sic et econverso; et hoc modo ignorare elenchum non est ignorare nisi unum principaliter, licet ignorentur multa

¹ alibi] alio **P**, *ut videtur*.

² ignoratur] ignorantia **P**.

ex consequenti; et huiusmodi ignorantia [non] potest [[1]] perficere elen-chum apparentem in specie[m], et non solum in genere.

Secundum hoc ergo dicimus quia elenchi ignorantia secundum illos duos modos potest esse perfectio elenchi apparentis duobus modis: in genere aut specie. Ignorantia autem elenchi quae non est primo elenchi, sed causatur ex ignorantia partium, non est perfectio apparentis elenchi nisi in genere, quia non recipit multitudinem [[nisi in specie]] secundum spe-ciem penes multitudinem eorum a quibus causatur; ignorantia autem elen-chi quae non causatur ex ignorantia partium elenchi, si est primo elenchi et ex consequenti partium elenchi, haec est una simpliciter, licet sit multa ex consequenti, et illa est perfectio apparentis syllogismi secundum speciem vel elenchi. Et sic accipitur ignorantia elenchi. Licet ergo illa ignorantia sit respectu omnium partium elenchi, quia tamen non est hic nisi ex consequenti, non erunt plures causae defectus in huiusmodi apparen-tibus syllogismis, sed unus erit primus defectus. Unde dicimus quod si ignorentur partes elenchi primo, et ex consequenti elenches, non esset apparens elenches secundum ignorantiam elenchi un[i]us secundum speciem, sed universalis et communis secundum omnes elenchos appa-rentes; necesse enim esset motiva principia esse diversa, ut non posset per idem apparere quod propositio esset una et quod de necessitate accidit conclusio et sic de aliis differentiis, et istud exigeretur si partes primo deficerent et elenches ex consequenti; fieret enim quandoque apparens elenches secundum locum istum ex eo quod primo appetat propositio una, cum non sit una, et sic de aliis differentiis, licet non accidentum [[in elencho]] si elenches primo deficiant, partes ex consequenti, quia tunc non oporteret motiva principia esse plura, cum non faciant multa primo credere, sed unum solum, multa vero ex consequenti.

Ex hiis utique manifestum est quia similiter in apparentibus elenchis <secundum> ignorantiam est unus defectus secundum speciem, sed quia non necesse est in paralogismis esse tantum unitatem¹ a parte causae

¹ unitatem] uniq P.

defectus, sed ex parte motivorum principiorum, dicimus quod in huiusmodi apparentibus elenchis est unitas a parte motivi principii. Sicut enim propositiones plures in aliquo communicant, ratione cuius appareat propostio <esse una> cum non sit una, similiter apparet elenches, cum non sit verus elenches, et elenchis¹ veris² communica[n]t in aliquo ratione cuius creditur de eo quod non est elenches quod sit elenches, habent enim elenches et apparet elenches convenientiam quantum ad ordinem terminorum et propositionum, et quantum ad quantitatem et qualitatem propositionum, ratione cuius convenientiae apparet elenches, cum non sit elenches, et illa duplicitas non est partis elenchi ad partem elenchi, sed est non elenchi ad elenchem secundum se et non partis elenchi ad partem elenchi. Unde cum identitas non elenchi ad elenchem moveat in paralogismis secundum ignorantiam elenchi, in aliis vero moveat identitas non partis ad partem elenchi, manifestum est quod huiusmodi apparentes elenchi dividuntur ab aliis penes sua principia motiva, et etiam penes suos defectus.

→ 4. Et ex hoc patet solutio illius oppositionis quae quid concludebat quia in huiusmodi apparentibus elenchis aliquando sit motivum principium <unitas> dictionis, et hoc est quia huiusmodi apparentes elenchi deficiunt ab omnibus differentiis elenchi, et ita ab illa differentia ‘unius rei et nominis’, et ita secundum istum locum apparebit res una cum non sit una [et] nisi propter unitatem dictionis. Id quidem esset verum si illa pars elenchi primo deficeret et non ex consequenti, sed, sicut est dictum prius, non deficit primo sed ex consequenti, et propter hoc non oportet quod credatur unitas rei propter unitatem dictionis, sed illud³ sequeretur si unitas crederetur primo et non ex consequenti. Sed propter convenientiam praedictam apparentis elenchi cum non elencho creditur elenches cum non sit, et propter hoc creditur /51rB/ res una cum non sit una.

¹ elenchis] elenches **P**.

² veris] *lectio incerta; potest etiam numeris legi.*

³ illud] *tantum litterae ill videntur.*

→ 5. Similiter patet solutio eius quod obiciebatur de nomine synonymo. Non enim in synonymis movebit multitudo nominum, quia synonymum magis faceret apparere non elenchum esse quam elenchum, cum faceret credere multitudinem rei. Similiter non est possibile, sicut dictum est prius, ut credatur unitas nominis per unitatem rei. Unde dicimus quod in apparentibus elenchis secundum ignorantiam non est defectus unitas nominis primo, sed ex consequenti, et ideo non est necesse quod ibi sit aliquid quod faceret credere nomen unum cum non sit unum; sed identitas apparentis elenchi ad verum elenchum facit credere esse verum elenchum cum non sit elenches, et propter hoc facit credere ulterius nomen unum cum non sit unum.

→ 6. Ad aliud dicendum quod hic definitur elenches <per contradictionem> et non per syllogismum. Et licet non sint aliquae partes syllogismi a quibus deficiant primo apparentes elenchi secundum elenchi ignorantiam, tamen sunt aliquae partes contradictionis a quibus deficiunt primo apparentes elenchi secundum ignorantiam elenchi, sicut sunt illae ‘ad idem et secundum idem et in eodem tempore et similiter’; defectus enim illarum differentiarum contradictionis est primo in apparentibus elenchis secundum ignorantiam elenchi et non ex consequenti; et defectus illarum differentiarum primo appropriatur huiusmodi apparentibus elenchis, quia ab huius<modi> differentiis non deficiunt nisi apparentes elenchi; sed secundum ignorantiam elenchi possunt esse primo secundum partes contradictionis et non secundum partes syllogismi. Et quia appparentes elenchi secundum ignorantiam elenchi habent proprios paralogismos secundum differentias contradictionis, qui quidem non conveniunt paralogismis secundum locos alios, propter hoc definitur¹ hic elenches per contradictionem et non per syllogismum. Et hoc est quia definitur² hic elenches gratia defectus elenchi vel ignorantiae, quae perficiunt elenchum apparentem secundum speciem et secundum genus, quia prius definiebatur elen-

¹ definitur] distinguitur P.

² definitur] distinguitur P.

chus prout¹ comparabatur ad defectum qui erat perfectio elenchi generaliter apparentis, et non apparentis elenchi secundum speciem, unde non perficiebat apparentem elenchum secundum speciem sed secundum genus, cum huiusmodi defectus non esset primo partium contradictionis solum, sed esset similiter primo partium syllogismi. Propter hoc non definiebatur prius [[sed]] secundum contradictionem sed per syllogismum, unde deficere possunt universaliter apparentes elenchi a syllogismo, non autem a contradictione.

→ 7. Ad aliud dicendum quod sunt quaedam differentiae communes syllogismo et contradictioni, quaedam vero propriae syllogismo, quaedam contradictioni. Cum ergo per hanc differentiam intelligatur unitas rei et nominis, et id conveniat contradictioni sicut et syllogismo, non necesse fuit illam ponere in definitione, quia intelligebatur per hoc quod dicitur “elenchus est contradictio unius et eiusdem, non solum rei sed rei et nominis”. Et hoc [aut] quia haec differentia communis est syllogismo et contradictioni, aliae vero sunt differentiae quae attenduntur ex comparatione praemissarum ad conclusionem et conclusionis ad praemissa<s>, cuius sunt illae differentiae ‘ex necessitate’ ‘eo quod haec sint’ ‘aliud’; alienitas vero significat comparationem conclusionis ad praemissas,² aliae vero praemissarum ad conclusionem, et propter hoc <sunt> illae differentiae [et ideo sunt illae differentiae] propriae syllogismi et non communes syllogismo et contradictioni; et ideo necesse fuit significare istas in definitione elenchi, quia non potuerunt haberi per differentias quae sunt contradictionis. Dicimus ergo quod per hoc quod <est> ‘ex hiis quae data sunt’ intelligitur haec differentia ‘aliud’. Unde, cum non sint plures differentiae³ propriae syllogismi, manifestum est quod non debet poni aliae differentiae propriae syllogismi in definitione elenchi, quia intelliguntur

¹ prout] p^t **P.**

² praemissas] p^a **P.**

³ differentiae] definitiones **P.**

per differentias contradictionis, cum sint communes contradictioni et syllogismo.

→ 8. Ad aliud dicendum quoniam contradictio sumitur duobus modis. <Dicitur> enim contradictio ex [[al]] hac praepositione¹ ‘contra’ et hac dictione ‘dictio’; sed dictio potest esse passio rei dictae vel actus dicentis, et secundum hoc haec praepositio² ‘contra’ potest sumi duobus modis, quia potest dicere adversationem dictionis ut est actus rei dicentis vel ut est actus rei dictae sive passio. Dico ergo quia contradictio primo modo dicta non claudit in intellectu suo istas differentias ‘ad idem, secundum idem etc.’, sed contradictio ultimo modo dicta. Dividendum³ est ergo, quia contradictio hic posita sumitur secundum primum modum, et ita non est nugatio.

→ 9. Ad aliud dicendum quia unum et idem differunt, quia oportet utrumque terminum contradictionis esse unum in se, et etiam oportet esse unum iteratum, quod⁴ est idem. Unde dicimus quod refertur unitas ad terminum secundum se acceptum, identitas vero refertur ad ipsum iteratum. Vel posset dici quia alterum illorum refertur ad praedicatum, alterum vero ad subiectum.

→ 10. Ad aliud dicendum quia Auctor ponit apparentes elenchos secundum istas differentias ‘secundum idem et ad idem’, et hoc secundum alias differentias elenchi, quia apparentes [sunt] elenchi secundum ignorantiam elenchi deficiunt primo ab ipsis differentiis et non solummodo ex consequenti, ab aliis autem differentiis non deficiunt nisi ex consequenti. Item, secundum istas differentias habent proprios paralogismos apparentes elenchi secundum ignorantiam elenchi, quoniam apparentes elenchi secundum alios paralogismos non deficiunt ab aliqua illarum differentiarum quattuor, sed quantum ad alias differentias elenchi non habent

¹ praepositione] oppositione **P.**

² praepositio] oppositio **P.**

³ dividendum] fortasse dicendum scribendum.

⁴ quod] quoniam **P.**

proprios paralogismos, /51vA/ quia quando deficit aliqua alia pars elenchi necesse est ibi esse \secundum/ alium locum sophisticum,¹ et ideo po<n>it Auctor paralogismos apparentes elenchos secundum istas differentias quattuor ‘ad idem’ et ‘secundum idem’ et ‘in eodem tempore’ et ‘similiter’, non autem secundum alias differentias elenchi.

→ 11. Ad aliud dici potest quia in hiis orationibus ‘duplum unius, trium autem non duplum, ergo est duplum et non duplum’ uno modo est paralogismus secundum consequens, alio modo secundum ignorantiam elenchi. Et \hoc est/ quia potest movere identitas eius quod est ‘duplum trium’ ad ‘duplum’ simpliciter, et causa defectus erit diversitas illorum, aut defectus identitatis in hiis, et hoc modo est paralogismus secundum consequens; potest autem movere identitas quae est horum duorum ‘duplum unius’ ‘duplum trium’, et causa defectus erit defectus horum sive defectus identitatis in hiis, et hoc modo erit apprens elenches secundum elenchi ignorantiam, et erunt diversi elenchi apparentes secundum hunc modum, quia alia est identitas duorum ad tertium: ‘duplum’ enim² ‘unius’ et ‘duplum dimidii’ habent unitatem in hoc quod dico ‘duplum’, et sic differunt[ur] diversitates oppositae istis identitatibus. Fortasse tamen non est paralogismus secundum consequens ‘non est duplum trium etc.’, quia fortasse non comparatur duplum ad duplum trium sicut universale ad particulare,³ non enim illae differentiae additae ipsum⁴ variant secundum speciem.

→ 12. Ad aliud dicendum quia apparentes elenchi secundum ignorantiam fiunt⁵ primo secundum istas differentias quattuor ‘ad idem et secundum idem et in eodem tempore et similiter’, non tamen erunt propter hoc apparentes elenchi <differentes> secundum speciem, quoniam⁶ converniunt illae quattuor differentiae in identitate una, concurrunt enim illae

¹ sophisticum] paralogismum **P.**

² enim] erit **P.**

³ particulare] partem **P.**

⁴ ipsum variant secundum] ipsam variatam in **P.**

⁵ fiunt] fiant **P.**

⁶ quoniam] potius quam vel quantum **P.**

differentiae ad identitatem subiecti vel praedicati; praeterea convenient illae differentiae in uno¹ sicut in ratione universalis, quia in omnibus inveniuntur² identitas, et ideo non est necesse ut apparentes elenchi sint differentes secundum speciem, sed defectus illarum quattuor differentiarum.

→ 13. Ad aliud dicendum quia partes contradictionis mensurantur tempore sed non loco, et propter hoc necesse est in definitione contradictionis esse unitatem temporis et non loci. Unde dicimus quod tempus dupliciter refertur ad verbum:³ refertur enim ad verbum quantum ad rem verbi, et iterum refertur ad ipsum quantum ad compositionem vel divisionem rei verbi. Dicimus ergo quia identitas temporis prout ponitur in ratione contradictionis est ipsius temporis prout refertur ad compositionem vel divisionem rei verbi, et non quantum ad rem verbi. Quia ergo loco non convenit referri ad compositionem vel divisionem rei [et non quantum ad rem verbi, quia ergo loco non convenit referri ad compositionem⁴ rei] verbi, non debuit poni identitas loci in ratione contradictionis, sed identitas temporis.

<5.167a21> Qui autem secundum quod <non> determinatur quid est syllogismus, i.e. paralogismi qui fiunt ex eo quod non determinatur definitio syllogismi, aut quid est elenchus, i.e. quid sit definitio elenchi, secundum deminutionem rationis fiunt,⁵ i.e. secundum deminutionem alicuius partis definitionis elenchi aut syllogismi. Et quia Auctor sic relinquit rationem elenchi deficere, id probat ex definitione elenchi, dicens <167a23> nam elenchus est contradictio unius et eiusdem, i.e. de eodem subiecto et eodem praedicato, non nominis solum sed rei et nominis, et per⁶ hoc removet orationes secundum aequivocationem, non synonymi sed

¹ uno] una **P.**

² inveniuntur] ināt(ur) **P.**

³ verbum] tempus **P.**

⁴ compositionem] comparationem **P.**

⁵ fiunt *Aristoteles*] sunt **P.**

⁶ per] propter **P.**

eiusdem, et per <hoc> removet a contradictione affirmationes et negationes quae sunt de re eadem sub nomine diverso, ex hiis quae data sunt, ex necessitate, i.e. contradictio illata ex necessitate ex hiis quae sunt data, i.e. concessa, non connumerato quod erat in principio, i.e. non accepto quod est idem conclusioni †et conclusione ut existente eadem alicui alteri terminorum, † secundum idem et ad idem et in eodem tempore et similiter, i.e. contradictio est unius et eiusdem etc.

Notandum ergo quia differunt ‘secundum idem’ et ‘ad idem’. ‘Secundum¹ <idem>’ notat unitatem quoad² causam formalem, cum enim dicitur ‘hoc est duplum secundum latitudinem’ coartatur magnitudo in hoc quod dico ‘duplum’ per hoc quod dico ‘latitudinem’, et hoc est coartatio, sicut per causam formalem, quia latitudo est species sive differentia respectu illius. Per hoc enim quod dicitur ‘ad idem’ notatur unitas termini sive finis, substantia enim ad quam relatio dicitur comparatur sicut terminus et finis eidem.

<5.167a27> Eodem autem <modo> et mentiri³ de aliquo et id sic continuatur⁴ ad 《praedicta》: Ita dictum est quoniam †totum† sunt peccantes⁵ in contradictione veri elenchi sive in syllogismo, sed mentiri de aliquo, i.e. elenchus falsus⁶ qui dicitur elenchus falsus sicut apparens, est eodem modo, i.e. secundum istas differentias deficien[te]s: Et hoc probat dicens <167a28> Qu[[o]]idam omittentes ex hiis quae dicta sunt, i.e. ipsarum⁷ differentiarum i<n elen>chi definitione, videntur arguere, i.e. contradicere. Deinde probat id per exempla in quibus contingit, dicens Nam duo idem unius duplum, trium autem non duplum, et fiat sic paralogismus: ‘duo est duplum unius, et non est duplum trium, ergo est

¹ secundum] sed P.

² quoad] \quod/ [[causam]] \quod/ ad P.

³ et mentiri *Aristoteles*] mentiri et P.

⁴ continuatur] 9'tinuatur P.

⁵ peccantes] p(ro)tēl vel p(er)tēl P.

⁶ falsus] faciens P.

⁷ ipsarum] a'p^a(rum) P.

duplum et non duplum'; <167a31> Aut si eiusdem duplum et non duplum, sed non secundum idem, i.e. quidam vide<n>tur contradicere [si est duplum] si est idem duplum eiusdem etc. Deinde subiungit causam eius [[dicens]] quod dicebatur esse duplum et non duplum non secundum idem, dicens non secundum longitudinem duplum, secundum vero latitudinem non duplum, aut si eiusdem et similiter sed non simul, i.e. videbitur arguere si aliquid est affirmativum et negativum de eodem et secundum idem sed non in eodem tempore. Quia ergo in hiis /51vB/ orationibus deficiunt partes definitionis elenchi Auctor concludit quia huiusmodi orationes sunt apparens elenchus dicens <167a33> quia¹ est elenchus apprens, i.e. elenchus apprens est in praedictis orationibus. Deinde dicit <167a35> Trahet autem aliquis hunc locum in eos qui sunt secundum dictionem, et continuetur² sic ad praedicta: Ita determinatur locus secundum ignorantiam elenchi cum locis extra dictionem, tamen aliquis trahet hunc in aliud genus locorum. Et causa³ propter quid posset aliquis trahere, quoniam locus ille sophisticat⁴ secundum contradictionem quantum ad identitatem rei; creditur enim res esse eadem, cum non sit eadem, cum sint⁵ res multae sub nomine eodem, cum non sit ibi aliquid per quod possit apparere unitas rei nisi unitas nominis. Et propter hoc dicitur Trahet autem aliquis etc.

<5.167a36> QUI AUTEM IN EO QUOD <ID QUOD> IN PRINCIPIO ERAT SUMITUR etc.

Determinatis paralogismis secundum ignorantiam elenchi Auctor determinat consequenter quomodo est arguere secundum petitionem eius quod est in principio. Circa quod procedit in hunc modum, dicens primo quia fiunt paralogismi secundum petitionem eius quod erat in principio tot

¹ quia] quare *Aristoteles*.

² continuetur] conti()tur P.

³ causa propter quid] fortasse causa propter quam *scribendum*, sed fieri potest ut propter quid vice eius quod est cur fungatur.

⁴ sophisticae] so()cat P.

⁵ sint] sunt P.

modis quot contingit [[s]] petere quod erat in principio, et post assignat causam propter quam videntur arguere, eo quod non possumus dividere idem et diversum.

1. Sed quaeritur in principio propter quid non ponit paralogismos secundum petitionem eius quod erat in principio sicut secundum alias locos sophisticos.

2. Item, in Topicis¹ determinatur de petitione eius quod est in principio et de petitione contrarii. Quaeritur ergo propter quid in libro isto quomodo contingit petere contraria non determinatur sicut determinatur de petitione eius quod erat in principio. Et hoc est quaerere quare petitio contrarii non est locus sophisticus sicut eius quod est in principio.

3. Item, Auctor assignat causam huiusmodi orationum dicens <5.167a38> quia videntur arguere quando non possumus i<n>spicere idem et diversum. Sed eadem est causa paralogismorum secundum accidens, qu<oni>am in hoc capitulo <7.169a22> FALLACIA FIT IN HIIS etc. dicit Auctor <169b3> quod fallacia fit in hiis quae sunt secundum accidens eo quod non possumus dividere² idem et diversum, et ita eadem assignatur causa paralogismorum secundum accidens et paralogismorum secundum petitionem principii; quare non videntur differre paralogismi secundum accidens et secundum petitionem principii; quorum enim eaedem sunt causae, et ipsa sunt eadem.

4. Item quaeritur utrum orationes in quibus petitur principium sint paralogismi.

¹ Arist., *Top.*, VIII.13.162b31-33: “In principio autem et contraria quomodo petit interrogans, secundum veritatem quidem in Analeticis dictum est, secundum opinionem vero nunc dicendum.”

² dividere] dijudicare *Aristoteles*.

Et videtur quod non, quia dicitur peti quod est in principio sicut habetur in VII<I>^{o1} quando nomen vel oratio² idem significat, ut³ in quibus nomen vel oratio significat idem a transumptione vel deminutione.⁴ Alius est modus petendi eius quod est in principio sicut universale in suo particulari et sicut particulare in suo universale. Sed in omnibus huiusmodi argumentationibus est locus dialecticus; quare, cum idem non sit locus dialecticus et sophisticus, nec in eisdem orationibus sit locus sophisticus et dialecticus, non erit locus sophisticus in praedictis orationibus.

5. Si autem dicatur quia petitio eius quod erat in principio non opponitur syllogismo inferenti sed syllogismo probanti, et quia syllogismus probans est ex notioribus, opponitur petitio⁵ eius quod est in principio syllogismo ex notioribus, et quia notius dicitur aut quoad nos aut simpliciter, erit petitio eius quod est in principio in praedictis orationibus alicui, quia alicui pro noto secundum sensum aut secundum intellectum.

Sed videtur supponi falsum in illa solutione, quia petitio eius quod est in principio non opponitur syllogismo inferenti. Videtur enim hoc esse falsum, quoniam syllogismus est oratio in qua quibusdam positis de necessitate a[[d]]ccidit aliud etc., et illa definitio est syllogismi inferentis; quare quod deficit ab illa definitione deficit a syllogismo inferente; sed orationes quae fiunt secundum petitionem principii deficiunt ab illa differentia ‘aliud’; ergo deficiunt a definitione syllogismi inferentis; ergo petitio eius quod est in principio opponitur syllogismo inferenti.

Item, si opponatur syllogismo probanti, hoc est quia non infert ex notioribus; ergo infert per aequa nota vel per <ig>notiora, et ita in

¹ Arist., *Top.* VIII.13.162b36-163a6: “Hoc autem in ipso quidem non facile est latere, in univocis autem, et in quibus nomen et ratio idem significat, magis. Secundo autem quando quod particulariter oportet demonstrare universaliter quis petet, ut [...] Tertium si quis quod universaliter est ostendere proposito particulariter petet”.

² oratio] ratio *Aristoteles*.

³ ut] et **P.**

⁴ deminutione] definitione **P.**

⁵ petitio eius] *inv. P.*

orationibus quae fiunt secundum petitionem eius quod est in principio erit ostensio¹ ex ignotioribus vel ex aequo notis. Sed hoc non videtur, quia minus calidum non potest facere magis calidum nec aequo calidum aequo calidum; quare nec aequo notum aequo notum vel minus notum magis notum; sed <in> orationibus² in quibus petitur quod est in principio creditur conclusio per principia; quare cognitio principiorum³ facit notitiam conclusionis; quare non est aequalis illi vel minor sed⁴ maior, et ita videtur quod non possit fieri syllogismus ex ignotioribus, et ita quod credatur conclusio per principia.⁵

6. Item quaeritur quid est causa apparentiae in orationibus secundum petitionem principii. Si autem dicatur quod [[o]] identitas medii ad terminos conclusionis, hoc non videtur, quia illa identitas non facit credere minorem, sed econverso; quare praedicta identitas non faciet credere identitatem simpliciter medii cum altero extremorum; quare faciet <credere> quod alterum extremorum non est diversum a [[medio(?)]] medio; quare, cum in omni syllogismo exigatur utrumque extremum esse diversum a medio (quod patet ex definitione syllogismi), manifestum est quia praedicta identitas faciet apparere non syllogismum et⁶ non faciet [[a]] apparere syllogismum; et ita, cum petitio eius quod est in principio, fit secundum praedictam identitatem, non erit locus sophisticus.

7. Si dicas quoniam multitudo sive diversitas quae est medii ad extrema est motivum principium, et hoc videtur quia non /52rA/ debet esse idem motivum principium et causa defectus, sed <in> orationibus⁷ quae fiunt secundum petitionem principii identitas est a parte defectus; ergo non est motivum principium.

¹ ostensio] *lectio incertissima; fere oño vel eño* P.

² orationibus] *orationes* P.

³ principiorum] p'ου P.

⁴ sed] vel P.

⁵ principia] p^a P.

⁶ et non] *potius tñ (= tamen)* P.

⁷ orationibus] *orationes* P.

8. Et si dicatur quia diversitas quae est aliquo modo principiorum¹ ad conclusionem sit² motivum principium sive diversitas medii ad primum vel ad ultimum, contra: sicut habetur in superioribus, in nullo loco sophistico e<s>t principium motivum diversitas, quia tunc [non] esse<n>t in duplo loci sophistici quam assignantur.

9. Item, si identitas medii ad alterum extremorum faciat apparere quod sint eadem simpliciter, similiter diversitas simpliciter facit apparere quod sint diversa simpliciter; quare si diversitas facit credi simpliciter esse diversum medium ab altero extremorum, ergo creditur non esse syllogismus, quia non infertur simpliciter diversum a simpliciter diverso syllogistice, sicut nec simpliciter idem ex simpliciter eodem; ergo locus praedictus non erit sophisticus, quia non facit ut appareat syllogismus, sed magis ut non appareat.

10. Item, si multitudo esset causa defectus. Sed petitur quod est in principio quando idem probat idem, ut cum dicitur ‘tunica, ergo vestis’, ergo multitudo est motivum principium. Sed non est ibi nisi multitudo nominum, quia dicitur esse numero eadem, quia nomen multa, res autem unum;³ quare multitudo nominum, et ita erit locus secundum dictionem et non extra dictionem, cum nominum⁴ multitudo moveat.

11. Item, petitur quod est in principio in universalis et in particulari, et ita in⁵ loco a toto in quantitate et in loco a parte. Similiter contingit petere quod est in principio secundum alios locos, quoniam sicut universale est notius secundum intellectum suis partibus, innotius aut quoad nos, similiter⁶ singulare est notius universalis quoad nos, simpliciter autem ignotius; similiter genus est notius specie simpliciter, quoad nos aut ignotius, species autem econverso; similiter causa causato, causatum vero

¹ principiorum] p'ου Ρ.

² sit] fit Ρ.

³ unum] fortasse una scribendum.

⁴ nominum] non Ρ.

⁵ in] a Ρ.

⁶ similiter] simpliciter Ρ.

econverso. Et ita videtur quod in loco a genere et specie et causa et causato arguatur ex notioribus secundum sensum vel secundum intellectum sicut in¹ loco a toto in quantitate et parte, et ita debet secundum illos locos multiplicari petitio principii sicut secundum locum a toto in quantitate et parte in quantitate.

12. Item, sicut quod <est> ad aliquid est unum aequa notum altero,² similiter similia sunt aequa nota, et ita deberet esse quidam modus petendi in simili³ sicut in ad aliquid et in hiis quae convertuntur, cum neutrum sit causa alterius.

→ 1. Ad primum dicendum est quia de petitione eius quod est in principio determinatum est in aliis secundum veritatem et secundum opinionem; in Analyticis⁴ de petitione eius quod est in principio secundum veritatem, in Topicis de eadem secundum opinionem, et etiam in illis doctrinis⁵ determinantur modi petendi quod est in principio secundum veritatem et secundum opinionem. Et quia non possunt multiplicari paralogismi secundum petitionem principii nisi secundum modos petendi quod est in principio aut secundum veritatem aut secundum opinionem, manifestum est quod ex doctrinis praecedentibus habetur diversitas paralogismorum secundum petitionem principii, et propter hoc sunt hic omissi huiusmodi paralogismi, sed paralogismi secundum alios⁶ locos non habentur ex aliis doctrinis praecedentibus.

→ 2. Ad aliud dicendum quia locus sophisticus est sedes argumenti sophistici sive medii sophistici; et quia argumentum attenditur in compara-

¹ in] a P.

² altero] *ablativus fortasse ut ablativus comparationis sumendus est; aliter alteri scribendum.*

³ simili] sil[1']i P.

⁴ in Analyticis ... in Topicis] Arist., *APr.* II.16, *Top.* VIII.13.

⁵ doctrinis] doc*f* P; *eodem modo infra.*

⁶ alios] illos P.

tione principiorum¹ ad conclusionem, locus sophisticus similiter attenditur in comparatione principiorum² ad conclusionem aut inferentium³ ad illatum; sed petere contraria attenditur in comparatione unius propositionis ad aliam, et non⁴ in comparatione principiorum⁵ ad conclusionem; et propter hoc non est locus sophisticus secundum quod est petere contraria, sed est locus sophisticus eius quod est petere in principio.

→ 3. A<d> aliud dicendum quod aliter fit [[o]] fallacia in hiis orationibus eo quod non possumus inspicere quid idem et diversum, et aliter in orationibus secundum accidens et in orationibus secundum alias locos sophisticos, quia in aliis fallimur credentes quae sunt diversa esse eadem, hic autem econverso credentes quae sunt eadem esse diversa vel differentia. Unde in accidente diversa accepta sicut eadem sunt causa fallere, in petitione autem eius quod est in principio idem acceptum sicut diversum. Unde non sunt eaedam causae, sed differentes sicut actio et passio vel sicut relatio et sua correlatio.

→ 4. Ad aliud dicendum quia petitio principii est locus sophisticus, sed sciendum quia syllogismus duplex est: inferens et probans. Dicimus ergo quod locus ille quandoque [[convenit impedit]] impedit syllogismum inferentem, quandoque syllogismum notum facientem. Et quando[que] impedit syllogismum inferentem paralogismus secundum petitionem principii deficit ab illa differentia ‘aliud’ posita in definitione syllogismi; quando⁶ vero opponitur syllogismo notum facienti deficit ab illa differentia ‘ex notioribus’. Et quia notius dicitur aut secundum sensum aut secundum intellectum, potest ergo esse defectus illius differentiae ‘notius’ utroque modo, et tunc paralogismus <peccat> contra syllogismum probantem et non contra syllogismum inferentem.

¹ principiorum] p^oψ P.

² principiorum] p^oψ P.

³ inferentium] inferiorum P.

⁴ non] ita P.

⁵ principiorum] p^oψ P.

⁶ quando] quia P.

Sed tunc aliquis obiciet quia non est paralogismus, immo ratiocinatio dialectica, quia ex notioribus est ratiocinatio dialectica sicut¹ singularibus.

Ad quod posset dici quia huiusmodi paralogismus non est simpliciter paralogismus, sed alicui, quia procedenti secundum sensum est argumentatio quae est ab universalibus, procedenti secundum intellectum est argumentatio quae est ex singularibus.

Sed aliter potest dici quod differunt praedictae ratiocinationes prout sophisticae et prout dialecticae. Quod sic manifestum est: Cum enim arguitur universale per singularia, ille qui sic arguit potest credere se arguere ex /52rB/ notioribus secundum intellectum vel ex notioribus sapientibus, cum enim² sic arguat et ita creditur quod non est, [et] sic est praedicta argumentatio sophistica. Similiter cum arguitur ex notioribus secundum intellectum potest esse quod sic arguens credit se arguere ex notioribus omnibus, cum tamen non sit ita; quare huiusmodi argumentatio sophistica erit. Et ita patet quomodo in praedictis argumentationibus est locus sophisticus et dialecticus; et similiter dicendum est in aliis modis petendi eius quod est in principio.

→ 5. Ad aliud dicendum quia petitio eius quod est in principio quandoque opponitur syllogismo probanti, et tunc opponitur huic differentiae ‘ex notioribus’, et tunc syllogismus fit ex <ig>notioribus vel aequo notis. Sed dicimus quia ‘notius’ dicitur aut secundum habitum aut secundum actum. Dicimus ergo quod ea ex quibus habet esse syllogismus faciens notum non debeat esse nota secundum actum sed secundum habitum, unde debeat habere in se aliquam aptitudinem secundum quam magis moveat intellectum. Dicimus quod illud quod non³ est natum \magis/ movere intellectum, <cum> sit⁴ minus vel aequo notum [cum] altero, potest esse altero notius secundum actum vel ut [[irō]] \nunc/, et ita facit fidem de

¹ sicut] similiter **P**.

² enim] non **P**.

³ non] exp. **P**, ut videtur.

⁴ sit] fit **P**.

altero. Et ita manifestum est quod paralogismi secundum quod est petere in principio possunt esse ex <ig>notioribus vel ex aequo notis, tamen facie<>t credere conclusionem, quia secundum¹ actum sunt <notiora>² singulare vel ut nunc, licet non simpliciter.

→ 6.-9. Ad aliud dicendum quod in orationibus secundum petitionem principii est identitas medii ad alterum extremorum in consequendo vel antecedendo, et identitas in consequendo vel antecedendo facit credere identitatem principiorum³ ad conclusionem in syllogismo, et ita ulterius identitatem propositionum ad conclusionem, quae debet esse nota ex hiis, unde necessitas assumpti⁴ est in conclusione,⁵ <et> facit credere consequentiam syllogisticam, et consequentia syllogistica syllogismum probantem, cum lateat universale in suo singulari et minus universale in magis universalis. Unde non dicimus multitudinem esse motivum principium nec identitatem terminorum in⁶ sophismate, sed identitatem eorum in antecedendo vel consequendo, sicut praetactum est, et ita⁷ illa identitas non faciet credere quod medium et extremum sint eadem simpliciter. Nec dicimus quod identitas nomine vel identitas simpliciter faciat [[con]] credere †multiplicitatem† principiorum⁸ ad conclusionem, quia hoc non contingit, quoniam maior identitas non facit credere minorem sed econverso. Sed dicimus quod identitas generalis consequentiae facit credere identitatem speciale.

→ 10. Ad aliud dicendum quod⁹ ex hoc manifestum est quia non est locus sophisticus secundum dictionem quando idem nomine infertur per

¹ secundum] sunt **P**.

² <notiora> singulare] aut ita scribendum, aut singulare in notiora mutandum.

³ principiorum] p^oψ **P**.

⁴ assumpti] asūti **P**.

⁵ conclusione] genere **P**.

⁶ in sophismate] affōte **P**.

⁷ ita] iā **P**.

⁸ principiorum] p^oψ **P**.

⁹ quod] et **P**, ut videtur.

idem nomine, quia illa multitudo non est motivum principium, ut iam diximus.

→ 11. Ad aliud posset dici quia petitur id quod est in principio in universali et in particulari, et non distinguntur modi *<eius>* quod est in principio secundum alios locos, et hoc est quia secundum locos alios non diversificantur ratiocinationes secundum speciem, sed secundum istos modos diversificantur, quia in altero petitur in quod est in principio in syllogismo, in altero in inductione.

Sed tunc est oppositio de aliis modis quibus non respondent aliae ratiocinationes secundum speciem. Secundum hoc alii non essent [[alii]] \nisi duo/ modi petendi eius quod est in principio, cum non sint nisi duae ratiocinationes.

Propter quod aliter dicimus quia illae differentiae ‘notius quoad nos’ ‘notius simpliciter’ sunt primo universalis et particularis, et propter hoc sunt aliorum, sicut causae et causati, generis et speciei; et quia petitio eius quod est in principio opponitur syllogismo ex notioribus, dividitur modus petendi quod est in principio per has differentias ‘universalis’ et ‘particularis’ et non per istas ‘genus’ ‘species’, ‘causa’ et ‘causatum’, et sic de aliis, quia in illis non est ratio principii¹ et universalis et notioris nisi per universale particulare.

→ 12. [[Ad aliud dicendum]] Ad aliud dicendum quoniam petitio eius quod est in principio in ad aliquid peccat contra syllogismum ex notioribus, quia est ex aequo notis, et dicuntur ad aliquid esse aequo nota, quae sunt simul natura; et qui id non contingit dicere de similibus, non enim est unus modus eius quod est ‘simul natura’ in similibus sicut in ad aliquid, et propter hoc videtur modus petendi quod est in principio in ad aliquid, non autem in similibus.

Littera maxime² manifesta est per se.

¹ principii] pⁱ P.

² maxime] m^ex P.

<5.167b1> QUI AUTEM SECUNDUM CONSEQUENS etc.

Determinatis paralogismis secundum quod est in principio petere, consequenter determinat paralogismos secundum consequens.

Et dividitur istud capitulum in duas partes. Et in prima determinat causam universalem paralogismorum, in secunda ponit paralogismos speciales.

Determinat ergo causam universalem paralogismorum hoc modo, dicens <167b1> quod paralogismi secundum consequens fiunt ex eo quod credimus consequentiam converti, nam quia hoc sequitur ad hoc de necessitate, putant esse econverso. Et per hoc concludit quoniam fallacie secundum consequens¹ saepe fiunt ex sensu.

Deinde <167b5> ponit paralogismos speciales secundum consequens. Et est primus paralogismus talis: ‘mel est rubeum, fel est rubeum, ergo mel est fel. Secundus est talis ‘quandocumque pluit terra est madida, sed est terra madida, ergo pluit. Tertius est talis: ‘adulter est compositus vel errabundus de nocte, ille est compositus vel errabundus de nocte, ergo est adulter. Quartus paralogismus talis est: ‘omne quod est factum habet principium, sed mundus non est factus, quia ex nihilo \fieri/ aliquid \non/ contingit, ergo mundus non habet principium, ergo est infinitus’.

Divisio horum paralogismorum patet in hunc modum: /52vA/ Paralogismi ibi fiunt, sicut dixi, ex eo quod nos² credimus consequentiam converti cum non convertatur. Et quod sequitur ad aliud et \non/ econverso est excellens ipsum vel est in plus, et si est in plus, non est proprium il<l>ius nec definitio nec per se <passio, sed accidens commune vel *** vel causa remota> vel effectus remotus, et \dicatur/ causa remota causa non convertibilis et effectus remotus excellens. Si est consequens <non conversim> sicut †genus non antecedens,† sic est quartus paralogismus. Si est consequens non conversim, sicut effectus remotus sequitur causam, est secundus modus. Si est consequens non conversim, sicut causa remota sequitur

¹ consequens] compositionem P.

² nos] non P.

effectum, est tertius paralogismus; errare enim de nocte vel esse compositum sunt causa adulterii, causa vero materiali<s>, secundum quod causa materialis appellatur dispositio adaptans materiam sive subiectum ad susceptionem ultimae formae vel ultimae perfectionis. Si est consequens non conversim sicut commune¹ accidens, sic est primus modus. Et hoc modo patet divisio paralogismorum.

Solet autem distingui aliter, quia quidam peccant contra argumentationem dialecticam, quidam contra rhetoricam, quidam contra demonstrativam. Et in primo exemplo est peccatum contra argumentationem dialecticam, <in alio,> in illo² sc. qui ostendit adulterum esse quia³ est [esse] compositus⁴ vel [esse] errabundus, est peccatum contra argumentationem rhetoricam; in alio⁵ contra demonstrativam, in illo sc. qui ostendit mundum esse infinitum.

1. Sed primo obicitur de hoc quod dicit quia secundum consequens fit paralogismus quando credimus consequentiam converti quae non convertitur. Id tamen non videtur contingere <in> omnibus paralogismis secundum consequens qui fiunt a destructione antecedentis, sed solum in illis qui fiunt a positione consequentis.

2. Similiter non contingit in omnibus paralogismis qui fiunt in⁶ sequentibus, quia non convertitur consequentia nisi quando unum sequitur ex altero et arguitur econverso, sed causa illa non potest esse in hoc paralogismo ‘ille est compositus, ergo est adulter’, quia econverso non sequitur, non enim sequitur ‘si est adulter, est compositus’.

3. Item quaeritur de hoc quod dicit huiusmodi orationes esse secundum consequens. Sicut fallitur aliquis sumendo consequens ut antecedens, sic

¹ commune] 90e P.

² illo sc. qui] illa sc. quae P.

³ quia] quod P.

⁴ compositus – errabundus] compositum – errabundum P.

⁵ alio – illo sc. qui] alia – illa sc. quae P.

⁶ in sequentibus] num sanum? an in rhetoriciis scribendum?

fallitur aliquis sumendo antecedens¹ sicut consequens, et hoc contingit in paralogismo secundo. Quare videtur quod huiusmodi locus sit locus secundum antecedens sicut <secundum> consequens.

4. Item, non est idem locus dialecticus ab inferiori ad superius et a superiori ad inferius, sed sunt duo loci differentes secundum speciem; quare non erit idem locus sophisticus ab inferiori ad superius et econverso; et ita locus sophisticus a positione consequentis et a destructione consequentis non erit unus locus sophisticus secundum speciem.

5. Item, videtur in hoc paralogismo esse accidens ‘mel est rubeum, fel est rubeum, ergo mel est fel’, quia hic est motivum principium identitas accidentis cum subiecto, et haec identitas est motivum principium in orationibus [in orationibus] secundum accidens; quare, cum paralogismi differant secundum motiva principia, non erit paralogismus secundum consequens, vel paralogismus secundum consequens et secundum accidens non differunt secundum speciem.

6. Item, dicit <167b4> quod fallaciae fiunt ex sensu circa² opinionem in paralogismis secundum consequens. Sed³ similiter deceptiones secundum locos alios causantur ex sensu sicut deceptio secundum consequens quae causatur ex sensu; quare videtur quod debuisse assignare causam in aliis paralogismis, vel male assignat hic, cum sit communis aliis paralogismis.

7. Item quaeritur utrum debeant dividi paralogismi secundum consequens penes diversas⁴ argumentationes. Et si dicatur quia sic, tunc est quaestio propter quid paralogismi secundum alios locos non dividuntur penes praedictas species argumentationum sicut paralogismi secundum consequens. Opponuntur enim alii loci praedictis argumentationibus sicut locus secundum consequens.

¹ antecedens sicut consequens *Hansen*] consequens sicut antecedens **P**.

² circa] contra **P**.

³ sed] et **P**.

⁴ diversas] drāf (= differentias) **P**.

8. Item videtur quod paralogismus secundum consequens non possit sumi nisi iuxta argumentum dialecticum. Et hoc est quia sophista imitatur dialecticum et non demonstra~~torem~~ sive rhetorem. Et hoc etiam est manifestum, quoniam sophisticus syllogismus est ex eisdem quod¹ dialecticus sicut falsigraphus ex eisdem quod demonstrativa. Et ita videtur quod paralogismus secundum consequens non habeat dividi secundum praedictas argumentationes, quia semper videtur deficere a dialectica argumentatione.

9. Item, rhetor persuadet² secundum adiuncta, quia adiuncta sunt³ loci rhetorici, quia argumentatio per adiuncta est argumentatio rhetorica; ergo non est sophistica, non enim rhetor persuadet sophisticę aut per locos sophisticos.

→ 1. Ad primum dicendum quia posita est ratio generalis ad omnes paralogismos secundum consequens. Et cum arguitur a destructione antecedentis convertitur consequentia, quoniam ad destructionem consequentis sequitur destructio antecedentis, cum⁴ dicitur econverso, econverso.

→ 2. Ad aliud dicunt quidam quod duplex est consequentia, necessaria sc. et probabilis. Et dicunt quia licet non⁵ sequatur necessario ‘est adulter, ergo est compositus’, tamen sequitur ut in pluribus, et propter hoc sequitur necessario vel probabiliter. Et ita fiunt isti paralogismi ex eo quod credimus consequentiam converti. Cum enim dicit quia paralogismus fit secundum consequens ex eo quod credimus consequentiam converti, sumitur consequentia communiter ad consequentiam necessariam et probabilem.

¹ quod] *minus latine dictum est, sed fortasse tolerandum.*

² persuadet] assuadet **P.**

³ sunt] ff **P.**

⁴ cum dicitur] contradicitur **P.**

⁵ non] necessario **P a.c.**

Sed potest dici aliter et melius quia in rhetoricis non demonstratur¹ propositum per unam circumstantiam, sed per plures circumstantias, plures enim persuade<n>t et non una tantum. Dicimus ergo quia ad persuadendum /52vB/ aliquem esse adulterum exiguntur multae circumstantiae, quibus omnibus vel pluribus communicantibus persuadet esse adulterum. Dicimus ergo quod una circumstantia per se non suadet, sed una cum altera. Similiter dicimus quod nulla sequitur de necessitate ad hoc ‘adulterum <esse>’, sed una sumpta in disiunctione ad omnes alias circumstantias, et hoc est quia nulla determinate exigitur, sed indeterminate, plures tamen. Secundum hoc dicimus² quia in hac argumentatione non est paralogismus³ <secundum> consequens ‘errat de nocte, ergo est adulter’, sed sic debet fieri paralogismus: ‘errat de nocte, vel⁴ est compositus vel est habens aliquam circumstantiam’, et ex hac infer[un]tur ‘ille [errat de nocte vel est compositus vel est habens aliquam] <est adulter’.>

<****reliqua desunt****>

¹ demonstratur] demonstratum **P.**

² dicimus] dicunt **P.**

³ paralogismus] p⁹ **P.**

⁴ vel] ergo **P.**